DE
IVRE BELLI I. R. G
ET SPECIATIM
IN INTERREGNO.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

CONSENSV ATQVE AVCTORITATE IL-
LVSTRIS JCTORVM. ORDINIS.

PRO GRADV I. V. DOCTORIS.

PVBLICE DISPVTABIT

JOHANN. DANIEL. ASMVTHIVS.
WALDECCVS.

A. D. XIV. FEBR. A. R. S. MDCCXLVII.

GOTTINGAE,
TYPIS ABRAMI VANDENHOECK, ACAD. TYPOGR.

Digitized by Google

That ſtate is happy, whoſe Prince has a peace-full hand; and a martial heart, able both to uſe Peace, and to manage War.

Digitized by Google

A SON ALTESSE SERENISSIME

MONSEIGNEUR

CHARLES AVGVST FREDERIC,

PRINCE REGNANT DE WALDEC,

COMTE DE PIRMONT, ET RAPPOLTSTEIN,

SEIGNEVR DE HOHEN-EGG, &c.

FELD-MARECHAL DES ARMÉES DE LEVRS MAJESTÉS IMPERIALES, ET ROYALE, LA REINE D'HONGRIE: COMME AVSSI DE L. H. P. LES ÉTATS GENERAVX DES PROVINCES UNIES DES PAÏS-BAS,

MON TRES GRACIEVX SEIGNEVR ET SOUVERAIN.

Digitized by Google

MONSEIGNEVR,

La Protection dont VÔTRE ALTESSE SERENISSIME honore les Muſes, & SA grande Clemence envers SES fidèles ſujets, me font eſperer, qu' ELLE daignera gracieuſement jetter quelques Regards favorables ſur ce petit ouvrage, que j'oſe conſacrer a SON glorieux Nom.

Je ne ceſſerai jamais d' offrir des voeux ardents au Ciel, qu' il veuille repandre ſur

Digitized by Google

VÔTRE ALTESSE SERENISSIME, & ſur SON auguſte Maiſon (de tous tems ſi fertile en grands & illuſtres Heros) ſes plus pretieuſes benedictions; & LVI accorder la plus parfaite ſanté & proſperité, jusqu' au terme le plus reculé, de la Vie humaine.

Ce ſont les ſouhaits les plus zelés de celui, qui eſt avec la Veneration la plus profonde

MONSEIGNEUR

DE VOTRE ALTESSE SERENISSIME

à Gottingue ce 10. Fevrier, 1747.

Le tres-humble, & tres obeiſſant Serviteur, & fidèle ſujet.

Jean Daniel. Asmuth.

Digitized by Google

Obſervantia, qua conſilia Viri, cujus multum apud me valet Auctoritas, amplector, cauſa eſt, cur doctrinam *de Jure belli J. R. G.* in conſcribenda diſſertat. inaugurali thematis loco, ſumſerim. Quamvis autem lubentiſſimo animo completam univerſi juris Belli theoriam, tradere voluiſſem; fieri hoc tamen in praeſentiarum haud potuit, cum ampliſſimus doctrinarum campus, quae in juris belli pertractatione, in cenſum veniunt; & anguſti limites, quibus jamjam circum ſcripti ſumus, idem nobis permittere noluerunt. Doctrina de jure belli enim latiſſimi eſt ambitus; ejusque principia per univerſum fere ſunt diffuſa jus publicum. Hinc in praeſenti hac mea diſſertatiuncula, non niſi potiora juris belli capita explicui, eaque imprimis ſcrutatus ſum jura, quae circa bellum imperii inchoandum & inſtruendum, quaeque huc pertinent, verſantur.

Cum autem perplura jam exſtent ſcripta, jus belli J. R. G. prout in ſtatu imperii ordinario ſe habet, tractantia, lubuit quaedam de jure belli *in Interregno* ſpeciatim addere, quo ipſo ſpecimen quoddam *jurisprudentiae analogicae*, exhibuimus.

Ne autem tractatiunculam hanc obſcuram, vagam & ſine ordine eſſe, pateremur; hinc in capite I*mo* generalia quaedam de bellis, & jure belli Imperii, in genere praemiſimus, ad quorum ductum, ea, quae Cap. II. & III. continentur

tinentur, pertractata ſunt. Si DEO T. O. M. ita viſum fuerit, conſtitutum habemus, peculiari adhuc quadam diſſert. ea fuſius perſequi atque rimari, quae de jure Belli J. R. G. jamjam intacta reliquimus.

Methodum, quod attinet; uſus ſum methodo iſta naturali; quae jubet, ut praemiſſis, quantum opus eſt, diſtinctis notionibus, & principiis generalioribus, ad ſpecialiora deſcendamus, omnesque, quantum fieri poteſt, veritates connectamus. Non tamen in definiendis terminis, nimis multus; nec in demonſtrandis propoſitionibus, nimis ſcrupuloſus eſſe volui; probe gnarus, me extra Syſtema jam verſari. Multa enim in Syſtemate veri nominis accuratiſſime obſervari debent, quae vero in commentatiuncula, quae extra contextum ſcribitur, tuto negligi poſſunt. Lubuit in ſpecie in capit. II. eo procedere ordine, ut § XVIII. obſervationem quandam generalem, de jure Belli J. R. G. praeſtabilirem, ex quo ſubſequentes, quae § XIX. XX. & XXI. continentur, propoſitiones ſponte fluunt; facileque demonſtrari poſſunt. Idem & facere potuiſſem quoad ceteras, quae § § XX. XXIV. & ſeqq. exſtant, propoſitiones; placuit vero ea, quae pro harum demonſtratione opus videbantur, immediate ex legibus imperii haurire, atque deducere. Studui poſtea, ut omnia de jure Belli fuſius deducta, in unam, propoſitionem generalem redigerem, & in uno § concentrata exhiberem; id quod § XXVIII. & § XLIV. factum eſt.

Scripta

Digitized by Google

Scripta, quae ſine addito Auctoris nomine allegavimus, ſunt, *Perill. L. B. a* WOLFF. quem virum etiam, PHILOSOPHVM κατἐξοχὴν adpellare non dubitavimus.

Errores typographicos in fine quoad maximam partem notatos; quosque pro circumſtantiarum ratione evitare vix potui, lector aequus, excuſabit.

Göttingae d. 10. m. Febr. 1747.

CAP. I.

Digitized by Google

Q. D. B. V.

CAPVT I.

DE BELLO IMPERII, ET JURE BELLI IN IMPERIO ROMANO - GERMANICO, IN GENERE.

§ 1.

Bellum in genere* eſt ſtatus hominum, quo alter adverſus alterum jus ſuum vi perſequitur.

Nimirum jus perfectum, (quod & jus ſimpliciter vocari ſolet) conjunctum eſt cum jure cogendi alios, ut illud tribuant, & obligationi ſuae huic reſpondenti, ſatisfaciant. (§. 235. philoſoph. Pract. univerſ. Part. 1.) quod ſi igitur alii ea quae jure perfecto nobis debent, ſponte tribuere, & obligationi ſuae ſatisfacere nolunt, uti licet hunc in finem vi quadam externa, eosque mediante hac, eo adigere, ut praeſtanda praeſtent. Quousque vero haec libertas in ſocietate civili reſtricta, jus publicum docet. a) Nobis in praeſenti ſufficit ſcire, quod tam ſingulis in ſtatu naturali, quam & integris gentibus jus ſuum vi perſequi liceat. b) Quod ſi vero vel ſinguli in ſtatu naturali, vel integrae gentes jus ſuum adverſus alios, vel ſingulos, vel gentes, vi perſequuntur, peculiaris inde oritur hominum ſtatus, quem *belli* nomine dudum jam adpellare placuit. Quid autem per *vim* intelligamus, per ſe ſatis patet, nempe *vim* hoc loco vocamus, quaevis media coactiva, quibus alios qui nobis jus noſtrum ſponte tribuere nolunt, eo adigimus, ut & inviti & renuentes officio ſuo ſatisfaciant. c)

Digitized by Google

Cicero aliique definiunt bellum, certationem per vim. Enim vero haec belli notio non ſolum vaga & obſcura, (d) ſed & monente jam Grotio (e) uſui loquendi convenientius eſt, ut bellum *non de actione, ſed de ſtatu ſumatur.* Hinc eam, quam dedit Philoſophorum princeps perill. Lib. Bar. a Wolf Praeceptor ac Patronus noſter quem ſumma colimus pietate, belli definitionem, (f) noſtram facere, eamque hoc loco adoptare, haud ſine ratione, nobis placuit.

a) Vid. Icti praeſtantiſſimi perill. Lib. Bar. AB ICKSTATT *elementa juris gentiam* lib. 4. cap. 3. §. 8.
b) §. 101. Tom. I. J. N.
c) *Elementa juris gentium* lib. II. cap. I. §. 1. in ſcholio, ubi & exempla deprehendes.
d) Vide, quae contra hanc definitionem diſputant, TEXTOR *in ſynopſi Jur. Gentium* Cap. 16. n. 2. FELDEN. in *notis* ad GROTIVM p. 5. & OSIANDER *in obſerv.* in GROTIVM p. 135. quam tamen e contrario defendere conatus, KVLPISIVS in in *collegio Grotiano.*
e) in Tr. de J. B. & Pac. L. I. c. I. §. 2.
f) Quae exſtat in Tom. I. incomparabilis iſtius operis, nimir Jur. N. §. 1102.

§ II.

Illi inter quos bellum eſt, *partes belligerantes* dicuntur; quae, ſi ſunt integrae gentes ſeu liberae respublicae, *bellum* dicitur *publicum; privatum* autem, ſi vel ſinguli extra rempublicam, vel privati in republica degentes ſunt.

Vulgo etiam definiunt *bellum publicum,* quod *publica,* privatum autem, quod *privata* geritur *auctoritate*; quae notiones ſi recte explicantur, noſtris non repugnant. Grotius aliique addunt tertiam belli ſpeciem, *mixtum* ſcilicet, quale vocant, quod ab una parte publicum, ab altera autem privatum eſt. (a) Differentiam inter bellum *publicum* & *privatum* nec non inter bellum *civicum, rebellionem, tumultum,* ſive *ſeditionem* acute ſatis ſcrutatus perilluſtr, ab Ickstatt. (b) Partes belligerantes etiam *hoſtes,* & bellum publicum *bellum* κατ᾽ ἐξοχὴν adpellari (c) ſatis notum eſt. Hinc nosmet in ſubſequentibus ſub termino

no belli ſimpliciter poſiti, non niſi publicum intelligere, ſemel pro ſemper monemus.

a) de J. B. & P. L. I. c. 3. §. 1. c. 4. §. 1.
b) *in Elementis Jur. Gent.* L. 4. c. 3. §. 3. 9. & 10.
c) vid. GROT. cit. l. L. 1. cap. 1. §. 2. n. 3.

§ III.

Cum bellum ſit ſtatus hominum, quo alter adverſus alterum jus ſuum vi perſequitur (§ I.) & bellum publicum ſit, cujus partes belligerantes integrae gentes ſeu liberae reſpublicae ſunt (§ II.) *hinc bellum publicum eſt ille gentium ſtatus, quo una adverſus aliam jus ſuum vi perſequitur.*

Quid per gentem intelligamus, aliunde ſatis conſtat, nimirum *gentem* hoc loco vocamus quamvis liberam rempublicam, imperio civili alterius reipublicae haud ſubjectam. Qualis autem ſit iſta vis, qua gentes in violenta juris ſui perſecutione, uti ſoleant, cuivis ſatis notum eſt, & ex experientia clarum. Pertinent huc invaſiones, urbium, & locorum munitorum oppugnationes, velitationes, praelia, depraedationes, lytri pro redimendis incendiis exactiones, (Brandſchaßungen) rerum hoſtilium ablationes, perſonarum hoſtilium in captivitatem detruſiones; & in genere quaevis huc ſpectant media, quibus hoſtis infirmior reddi eoque adigi poteſt, ut obligationem ſuam expleat. (Schol. § 1.) Uis hujus ſe actu exerens uſus *hoſtilitatum* (a) nomine venit, quarum quaſdam tamen ratio belli non permittit, jusque Gentium damnat. (b) Inſtrumenta vero, quibus tragici hi tumultus bellici peraguntur, ſunt *milites* & *arma*.

Ceterum, diſcrimen inter *bellum* & *repreſſalias*, (quae bellorum plerumque eſſe ſolent fomes atque praeludia) quo & referunt *vindicationes*, & *detentiones*; nec non inter *talionem*, & *retorſiones* diſtincte explicuit idem perilluſtr. ab ICKSTATT in *Elementis juris Gentium*. c)

 a) vid.

Digitized by Google

a) vid. *Element. Jur. Gent.* Lib. IV. cap. 3. §. 41

b) De his pluribus egerunt B. D. COCCEII in diſſert. de *armis illicitis.* ZENTGRAFF. de *armis in bello prohibitis.* GRODECK de *eo quod juſtum eſt, circa tormenta bellica.* ALBERICVS GENTILIS *de jure belli* Lib. 2. c. 7. conf. & SCHWARZIVM in ſpecim. II. *controverſ. Jur. N. & Gent.*

c) Lib. IV. cap. 2. §. 13. & ſeq. *de repreſſaliis* erudita nuper prodiit V. C. D. KAHLII decoris Goettingenſis diſſertatio; quae multis huc pertinentibus rebus lucem affundere valet.

§. IV.

Partium belligerantium is dicitur *aggreſſor* ſive *offenſor,* qui prior alteri vim hoſtilem infert; is autem, cui infertur, *aggreſſus* audit, qui *ſe defendere* dicitur, ſi aggreſſori reſiſtit, vimque ab eo illatam, vi repellit. Bellum ex parte aggreſſoris *offenſivum* & ex parte aggreſſi, qui ſe defendit, *defenſivum* vocatur. *Bellum offenſivum* igitur eſt, quo gens una prior alteram vi bellica invadit, *defenſivum* autem, quo aggreſſori reſiſtit, vimque vi repellit. (Vulgo illud ein *offenſiv,* hoc vero *Ein defenſiv Krieg* dicitur.)

Probe notandum, terminos in praeſenti explicatos §pho, non uno ſemper ſumi modo. Vocamus hic *aggreſſorem*, ſeu *offenſorem*, illum, qui *prior alteri* bellum infert; ſine reſpectu ad belli juſtitiam, vel injuſtitiam; quippe ex cauſis ejus demum aeſtimandam. Sic & *aggreſſum ſe defendentem* vocamus eum, qui aggreſſori reſiſtit, non attento diſcrimine, jure an hoc fiat, vel non. Ab hac autem tam aggreſſoris, quam adgreſſi notione, ſolicite ea diſcernenda venit, qua *aggreſſor* in ſenſu ſtrictiori dicitur is, qui ſine jure alios laedit, iisque injurias infert: a) & in hoc ſenſu *aggreſſus* dicitur is, qui contra vim injuſtam aggreſſoris ſe juſte defendit. b) Ultimus hic ſtrictior ſignificatus in jure Naturae frequentatur; prout alter inter Gentes, & jure Gentium uſitatus eſt. c) Idem & valet de terminis *aggreſſionis & defenſionis, & belli* tam *offenſivi*, quam *defenſivi.* d) Diviſio bellorum in offenſiva & defenſiva maximi momenti.

Digitized by Google

ti, praeſertim etiam quoad bella imperii eſt, (uti hoc ex infra dicendis patebit;) hinc attenta volvi mente hoc loco meretur.

a) vid. Tom. I. Jur. Nat. §. 979.
b) id. §. 972. & 992.
c) *vid. Elemnt. Jur. Gent.* l. c.
d) conf. B. KOEHLERI *jus Gent.* ſpec. VII. §. 1874. 1877. & 78.

§. V.

Bellum vocatur *ſolemne* quod obſervatis belli ſolemnitatibus ſuſceptum; *minus ſolemne*, quod non.

Quaenam ſint iſtae ſolemnitates, hiſtoria docet, & obſervantia gentium manifeſtat. Conſiſtunt nimirum in certis ritibus, formulis & ceremoniis, quas gentes circa bella, & praeſertim circa eorum initia obſervare ſolent. Pertinebant huc olim apud Romanos fecialium clarigationes, & plura alia, de quibus confer. DIONYSIUS HALICARN: a) COCCEIUS, b) & MULLER. c) De ſolemnitatibus, quae adhuc hodie hac in re inter gentes praeſertim circa declarationem & publicationem bellorum obtinent, egit. B. a ROHR. d)

Praeter iſtas vero, quas hactenus enodavimus, belli diviſiones, reſtant adhuc quaedam aliae, e) quas vero hoc loco ulterius non ſcrutabimur: cum illud inſtituti noſtri ratio nec exigat, nec brevitas, cui ſtudemus, permittat. Verſamur autem jam in eo, ut accuratam belli imperii ſiſtamus notionem; quem in finem, & ut ea, quae in capite ſubſequenti dicenda, eo melius poſſint intelligi, ſequentia praemittimus.

a) L. II. *hiſtoriar.*
b) in diſſert. *de clarigatione.*
c) in diſſert. *de jure feciali.*
d) in der Einleitung zu den ceremonial-Wiſſenſchaften P. II. cap. 18. Formulae, quibus hodie bella publicari & declarari ſolent, perplures exſtant apud LONDORPIUM, FABRUM, *in Diario Europaeo*, nec non in dem verbeſſerten Welt und Staats-Theatro, &c. quae ſcripta hic tantum nominaſſe ſufficiat.

Digitized by Google

c) Fuſius has explicuit *Perilluſtr. a* BEVST *in obſervat. militar.* Tom. I. cap. I.

§. VI.

Imperium Romano-Germanicum dicitur reſpublica gentis Germanicae, cum Romana unita. Vocatur etiam *Imperium* ſimpliciter.

Varias imperii denominationes vid. apud BOECLERVM a) conf. etiam illuſtr. MOSERI Grund-Riß der heutigen Staats-Verfaſſung. b) De conjunctione reipubl. Germanicae cum imperio Romano erudite & ſolide pro more ſuo egit, Perilluſtr. L. B. a CRAMER in *peculiari programmate.*

a) *de ſacro Romano imperio*
b) L. 2. cap. 1. §. 12.

§ VII.

Imperium Romano Germanicum ex pluribus conſtat provinciis, a) quarum quaelibet peculiari ſuo gaudet imperante, qui *dominus Territorialis* dicitur; & ex quibus ii dicuntur *ſtatus imperii* (Reichs-Stände) qui ad exercitium jurium majeſtaticorum in comitiis imperii concurrunt, ſeu quibus votum atque ſeſſio in comitiis imperii competit: b) quique partim pro *provinciarum*, quibus imperant, partim pro *religionis* & *dignitatis* diverſitate in varias abeunt *claſſes* c) Omnes in univerſum autem ſtatus imperii generaliter dividuntur *in Electores, Principes*, & *ſtatus imperii in ſpecie ſic dictos*; & ſecundum hanc triplicem differentiam *tria* conſtituunt *collegia*, *Electorale* ſcilicet, *Principum*, ac *civitatenſe*; d) His omnibus vero ſupereminet auguſtiſſimum Imperii R. G. Caput, quod *Imperatoris* Ro-

Romani titulo inſignitur e); cujusque vices in Interregno *Vicarii imperii* ſubeunt, & adminiſtrant. f)

a) varias imperii diviſiones vid. apud illuſtr. *Moserum* l. cit. cap. 2.
b) conf. elegans diſſert. *D.* COCCEII *de charactere ſtatuum imperii*; Illuſtr. MOSER L. 4. cap. 1. §. 1. & 2.
c) vid. illuſtr. MOSER. L. cit. qui per totum lib. 4. diſcrimina ſtatum imperii, eorumque diverſa jura fuſius rimatur.
d) conf. illuſtr. a GUNDERODE Abhandelung des Teutſchen Staats Recht Lib. IV. cap. I. & Lib. V. cap. 6. 15. & 13.
e) SWEDER. *Introd. in Jus publ. Part. ſpec.* Sect. I. cap. 1. §. 20.
f) idem. cit. libr. cap. 23. §. 1.

§. VIII.

Bella reſpectu Imperii Romani-Germanici, ſunt vel *univerſalia* vel *particularia*. Illa ſunt, quae totum concernunt & implicant Imperium; haec autem, quae non. Prout vero bella, quae reſpectu imperii ſunt univerſalia, vel contra exteras gentes, e. gr. Turcas, Gallos; vel contra quendam vel quosdam imperii ſtatus, officii ſui immemores geruntur, in *externa & interna* haec iterum dividuntur.

Diviſio bellorum reſpectu imperii, in univerſalia & particularia, ſatis fundata, & apud Doctores Jurispubl. in uſu eſt. a) Bella univerſalia autem non ſolum adverſus exteras gentes, ſed & adverſus ipſos imperii ſtatus, ſi officium ſuum graviter violant e. gr. ſi ipſum imperium animo hoſtili & vi bellica aggrediuntur, geri poſſe, leges imperii docent, & hiſtoria confirmat. b) Bella particularia hujus loci non ſunt; hinc & differentiam eorum ulterius non ſcrutabimur. c)

a) conf. SCHUZII *diſput. jur. publ.* vol. 2. Exercit. X. §. 2. qui multa hac de re diſſeruit.
b) vid. illuſtr. MASCOVII diſſert. *de bello ſolemni imperii* Sect. I. §. 2.
c) Plura hac de re tradit SCHUZIUS. l. cit. §. 3. & in notis.

§. IX.

Digitized by Google

§. IX.

Bellum, quod reſpectu imperii eſt univerſale, *bellum imperii* (Ein Reichs-Krieg, ſaepius etiam ein allgemeiner Reichs-Krieg) dicitur. *Bellum imperii* igitur eſt, quod ab univerſo geritur imperio Rom. Germanico, ſeu cujus pars belligrans eſt totum imperium Rom. Germanicum.

A bello imperii ergo non ſolum diſcernanda ſunt bella particularia ſtatuum imperii;(§. VII.) ſed & ea, quae Imperator vel intuitu provinciarum ſuarum haereditariarum, vel etiam in favorem regnorum exterorum gerit. Exempla ejusmodi bellorum hiſtoria exhibet perplura. Satis adhuc notum eſt, bellum ab Imperatore LEOPOLDO tanquam Hungariae rege, in favorem Polonorum adverſus Suecos anno 1657. ſuſceptum. a) Nec minus eſt notum bellum, quod idem Imperator juris ſui in Hiſpaniam vindicandi cauſa gerere incepit; & glorioſiſſimus Imperator CAROLUS VI. dein per plures annos continuavit. Ejusmodi bella, bella Imperii per ſe non ſunt, licet ab Imperatore gerantur; cum illa non qua imperator, ſed qua Status imperii, aut Rex exteri regni gerat. b) Fieri tamen ſolere, ut Imperatores & in huiſce bellis auxilia Statuum quaerant, eaque obtineant; tot exempla loquuntur; ex quibus ad bellum ultimum anno 1737. contra Turcas geſtum provocaſſe hic jam ſufficiat. c) Poſſe etiam ex ejusmodi bellis, temporis ſucceſſu bella imperii fieri, praeter tot alia, exemplum belli Hiſpanici abunde teſtatur. d)

a) vid. ſis. PUFFENDORF *de rebus geſtis* CAROLI GUSTAPHI, Lib. 4. §. 37. & ſeq.

b) *Illuſtr.* MASCOV. diſſert. *de bello ſolemni imperii* ſect. I. § 3.

c) conf. FABRI Staats-Canzley, Tom. LXXI. p. 674.

d) Acta publica hac de re vid. apud FABRUM Tom. VII. p. 634. 640. & ſeq.

§ X.

Cum bella, quae reſpectu imperii ſunt univerſalia, vel externa vel interna ſint, (§. VIII.) ſatis patet

tet *bella imperii eſſe vel externa, vel interna* (§ cit.) Et cum bella in genere ſint, vel offenſiva, vel defenſiva (§ IV.) vel ſolemnia, vel minus ſolemnia (§. V.) hinc *& bella imperii vel offenſiva vel defenſiva, vel ſolemnia vel minus ſolemnia eſſe, quilibet facile intelliget.*

Et ſic determinavimus notionem belli imperii, ejusque ſpecies potiores, quae huc in cenſum veniunt. Praemiſimus haec eum in finem, ut ea, quae juris ſunt circa bella imperii, in capit: ſubſequentibus diſtincte & ſolide ſiſtere queamus. Unicum adhuc monemus, Imperium Rom. Germanicum non ſolum *qua partem principalem*, ſed & *minus principalem*, veluti ex foedere belli cum alia gente inito, bello poſſe implicari. Reſtat, ut adhuc in capite praeſenti accuratam *juris belli* ſiſtamus *notionem*; id quod jam tentabimus.

§. XI.

Ius belli hoc loco vocamus jus bellum adverſus alios gerendi eaque determinandi, & ordinandi, quae tanquam media, ad juris ſui perſecutionem, & defenſionem, vi bellica faciendam, pertinent.

PHILOSOPHUS *jus belli* definivit a) per jus, vi perſequendi jus ſuum adverſus eum, qui idem tribuere non vult. Cum hac vero juris belli notione, convenit ea, quam praeſens exhibet *§phus* niſi quod pro inſtituti noſtri ratione, quasdam adhuc addere determinationes, nobis jam placuit, quae vero ex notione a PHILOSOPHO data, ſponte fluunt. Cum enim nullus ſine mediis obtinere queat finis (§ 937. Ontol.) hinc, jus, vi perſequendi jus ſuum, contineat jus determinandi & ordinandi media, ad hunc finem ſpectantia, oportet. Vtrumque brevitatis cauſa, in hac notione combinavimus; cum nobis, de jure belli imperii R. G. acturis, utriusque conſideratio incumbat. Varios juris belli ſignificatus, quorum recenſionem brevitatis cauſa hic omittimus. vid. apud SCHERZERVM. b)

Digitized by Google

a) vid. Tom. I. J. N. §. 1103.
b) in diſſert. *de iure Belli* §. 1.

§. XII.

Cum juris belli nomine non ſolum veniat jus ipſum bellum gerendi, ſed & *media* huc ſpectantia, ordinandi: (§ antec) *media* vero, quibus gentibus ad bellandum opus eſt, *perplura* ſint; *hinc jus belli latiſſimi eſt ambitus*, & *in varia reſolvitur jura, quae tamquam partes ambitu ſuo comprehendit*; quorum potiora hic nominaſſe ſufficiat. Pertinent huc, jus *bellum decernendi, hoſti declarandi, publicandi, avocatoria, & inhibitoria emittendi, milites legendi, exercitum conſcribendi, Duces belli ceterosque praefectos & officiales militares eligendi, conſtituendi eosque juramento obſtringendi: armamentaria*, (Zeughäuſer) *granaria*, (Proviant-Häuſer), *& aeraria militaria*, (Kriegs- *vel operations*-Kaſſen) *erigendi*; *& militibus de ſtipendiis, armis, commeatu, ceterisque omnibus, quibus ad ſui conſervationem & defenſionem opus habent, proſpiciendi. Jus leges militares ferendi, loca opportuna muniendi, adeoque fortalitia* (Feſtungen) *tam nova exſtruendi, quam vetera reparandi, illaque praeſidiis firmandi*; *nec non, jus quasvis hoſtilitates, quas ratio belli permittit, exercendi*; & *in genere, quaevis huc ſpectant jura, quae ad inchoandum, inſtruendum, dirigendum, & finiendum bellum pertinent*.

Spectat huc quoque *jus foedera belli* (quae iterum in varias abeunt ſpecies) *pangendi*; quod tamen commodius in doctrina de jure foederum, ceu peculiari jure gentis majeſtatico, a) pertractatur. Singula haec jura in §pho enarrata, jus belli prout §pho antec. a nobis definitum fuit, continere, dubitare poterit nullus, qui rationem & modum, quo gentes bella gerunt, cognitum habet, atque perſpectum. Ad evitandum ambages, notionibus claris horum terminorum, jam ſumus contenti,

tenti, quos vero in ſubſequentibus: prout inſtitutum noſtrum hoc exigit, diſtincte explicabimus.

a) vid. *Elementa jur. Gent. cit.* Lib. IV. c. 8. §. 1. 2. & ſeq.

§. XIII.

Ex his liquet, *jus belli Imperii Rom. - Germanici* eſſe jus, vi cujus imperium bella adverſus alios (vel exteros, vel ipſos imperii ſtatus) gerere, eaque determinare, & ordinare poteſt, quae ad juris ſui perſecutionem, & defenſionem, vi bellica faciendam, pertinent. Hoc jus quanti ſit ambitus, ex §*pho* antec. ſimul patet.

Quemadmodum vero bella reſpectu imperii vel univerſalia, vel particularia ſunt, (§. VIII.) ita & *jus belli* reſpectu imperii, in *univerſale* & *particulare* poteſt dividi. Competit enim jus belli non ſolum toti imperio, ſed & ſub certis limitibus, ipſis imperii ſtatibus, praeſertim potentioribus, quorum vires ad exercitium hujus juris ſufficiunt. a) Nos, de jure belli Imperii, & ſpeciatim in interregno, acturi, non niſi jus belli imperii univerſale, curamus; quod prout ipſa bella imperii, *jus belli imperii* ſimpliciter adpellamus. Jus belli particulare ſtatuum imperii, cum hujus loci non ſit; plura de eo jam afferre ſupervacaneum ducimus.

a) vid. de his V. C. D. NECKERI Unterricht in den deutſchen Staats-Recht. Part. II. Lib. IV. cap. 4. §. 9. 10. 11. & 12.

§. XIV.

Jus belli in quavis republica jus majeſtaticum eſt, adeoque, quoad regulares rerumpublicarum formas, & in Monarchia quidem, Monarchae, in Ariſtocratia, Optimatibus, in Democratia vero, univerſo competit populo. In iis autem rerumpubl. formis, quas irregulares ſive mixtas vocamus, ei, vel

 iis

Digitized by Google

iis, quibus hoc per leges publicas, & quidem modo, quo conceſſum, competit. Etenim jus belli, eſt jus bellum adverſus alios gerendi, eaque determinandi, & ordinandi, quae tanquam media, ad juris ſui perſecutionem, & defenſionem, vi bellica faciendam, pertinent. (§. XI.) Vi hujus juris ergo gens non ſolum eos, quos ſibi obligatos habet, cogere poteſt, ut ſuae ſatisfaciant obligationi, ſi ſponte eandem explere nolunt, (§. 1. *in Schol.*) ſed & vim injuſtam, vi repellere (§. III.) adeoque injurias aliorum avertere (§. 859. *Tom.* I. I. N.) & a laeſionibus ſe immunem praeſtare poteſt. (§. 669. cit. l.) Pertinet igitur jus belli, ad ea gentis jura, quibus ſalus atque ſecuritas publ. promovenda, & cui tota fere externa ejus innititur ſecuritas. (vid. PHILOSOPHI, *Polit.* §. 3. *Elementa Jur. Gent.* Lib. IV. cap. 1. §. 10.) Iam cum *imperium civile ſummum,* quod cuivis ineſt reipubl., conſiſtat in jure, ſalutem atque ſecuritatem reipubl. promovendi, eaque quae huc pertinent in republ. ordinandi (per pr: *Jurispubl. univerſ.*), ſatis patet, jus belli tanquam partem in eodem contineri (§. 341. *ontolog. lat.*) adeoque, cum Jura in imperio civili ſummo contenta, *jura majeſtatica* dicantur (§. 555. *Jur. Gent.* KOEHLERI) jus majeſtaticum eſſe.

Quoniam vero quoad *formas* rerumpubl. *regulares*, imperium civile ſummum in *Monarchia* penes *Monarcham*, in *Ariſtocratia, Optimates*, & in *Democratia* penes *univerſum eſt populum* (per pr: *jur. publ. univerſ.* vid. PHILOSOPHI *Polit.* §. 234. 235. 36.) hinc quoad regulares rerumpubl. formas, & in monarchia quidem, Monarchae, in Ariſtocratia, Optimatibus, & Democratia, univerſo competit populo.

Quod

Quod autem ad *irregulares*, ſive *mixtas* rerum publ. *formas*, attinet, aliunde notum eſt, oriri easdem ex regularium combinatione, & in varias easque innumeras abire claſſes. (PHILOSOPHI *Polit.* §. 238.) Quoad has ergo nihil certi in genere definiri poteſt, cui competat imperium civile, & quae in eodem continentur jura majeſtatica; ſed omnia redeunt ad pacta inter ſuperiorem & ſubditos, de modo regiminis vel expreſſe vel tacite inita. Iam cum *leges publicae* in quavis republ. in genere dicantur, quae jura atque obligationes inter ſuperiorem & ſubditos reipubl. exhibent, (p. def.) ſatis patet, quod quoad formas, rerumpubl. irregulares, jus belli, ei vel iis quibus per leges publicas a populo conceſſum, & quidem modo, quo conceſſum, competat.

Pertinet jus belli reipublicae imprimis ad ea jura majeſtatica, quae *tranſeuntia*, vocantur; quorum finis eſt, *ſalutis* atque *ſecuritatis externae* reipubl. promotio: a) & ſecundum SCHVZII ſententiam, majeſtas reipublicae, in nulla alia re magis eſt conſpicua, quam in jure belli. Competere illud autem in Monarchia regulari, Monarchae, in Ariſtocratia, Optimatibus, & in Democratia, univerſo populo, tot rerumpubl. exempla, ſatis abunde etiam teſtantur. Sic olim in *Monarchia Francorum* jus belli a Regum unice dependebat arbitrio; b) prout adhuc hodie *in Gallia* ſoli Regi competit. c) Quaenam fuerit hujus juris ratio apud *Graecos*, & praeſertim *Romanos* libera adhuc republica, *Scriptores* horum temporum abunde docent. Quomodo hoc jus ſe habeat in *Polonia*, conſtat ex MARTINO CROMERO; d) nec eſt, ut in re tam clara, lectori pluribus allegationibus ſimus moleſti.

Nosmet *de jure belli imperii R. G. & ſpeciatim in interregno* acturi, illud curae cordique habemus, ut diſtincte & ſolide oſtendamus, *cui jus belli Imperii J. R. G.* & in ſpecie *tempore interregni competat; quaeque hujus juris in J. R. G. moderna ſit ratio.* Ut vero eo melius officio huic ſatisfaciamus,

liceat nobis antea explicare, ***quomodo hoc jus ſe habeat in ſtatu imperii ordinario;*** ut ab hoc ad ***extraordinarium,*** quale ***interregnum*** eſt, deinde argumentari valeamus.

Ampliſſimus rerum campus, quae in juris belli pertractione in conſiderationem veniunt (§. XII.) temporis penuria, & tot alii labores, quibus quotidie diſtrahor, haud quidem permittunt, ut in praeſeni hac mea diſſertatiuncula, omnia, quae ad jus belli J. R. G. pertinent, ex inſtituto rimari, & in omni ſua latitudine ſiſtere valeam: Explicabo tamen potiora, quae huc ſpectant, capita, eaque imprimis jura, quae circa bellum imperii inchoandum & inſtruendum, verſantur. Quamvis autem perplura doctorum virorum hac de re ſcripta jam exſtent, non ubivis tamen lector recocta aliorum deprehendet, & tractabimus hanc rem ea methodo, & ſic, ut laborem noſtrum haud plane inutilem fore, ſperemus. Antequam vero ad caput ***IIdum*** progredimur, placet quaedam adhuc in praeſenti praemittere capite, ut ea, quae in ſubſequentibus dicenda, melius intelligi, ſolideque evinci queant. Faxit. DEVS, T. O, M. omnia feliciter.

a) vid. ſis. ARNIS, de *juribus majeſtatilis* cap. 1. n. 10, CLAPMARIVS *de arcanis rerumpubl.* L. 1. cap. 10. in pr. STRYK. *de jure militiae imperialis* c. 2. §. 1. & quae nuper hic prodiit V. C. WEDEKINDII diſſert. *de Majeſtate* ſect. 2. § 20.

b) conſ. hac de re BVRCHHOLDVM ad *Inſtr. Pacis* P. 1. diſc. 10. Theſ. 2. HINCKMAR. *in epiſt. ad epiſcop. franc.* c. 29. epiſt. 1. in fine. ex inſtituto hac de re diſſervit V. C. *Waga* in diſſert. *de jure belligerandi* & Perilluſtr. A BEVST *in obſerv. milit.* Tom. I. cap. III. obſerv. XXX. §. 1.

c) Teſtimonium hujus rei exhibet Auctor libri, cui titulus *Mercur francois.* qui Tom. 17. §. 173. ſequentia profert. C'eſt une choſe conſtante, que la Cour du Parlement ne peut & ne doit connoitre, que des affaires, qui ſont de partie à partie, & non des affaires d' E'tat, dont nos rois ſe ſont reſervé la connoiſance, ſi ce n'eſt par commiſſion expreſſe.

§. 15.

§. XV.

Cum imperium Rom. - Germanicum, ad eas pertineat respublicas, quarum forma irregularis eſt (quemadmodum hoc omnes concedunt, resque ipſa loquitur §. VII.) hinc, *cui jus belli imperii, in Imp. R. Germ. tam in ſtatu imperii ordinario, quam in interregno, competat, ex legibus imperii publicis, quo & obſervantia Imperialis pertinet, deducendum eſſe, ultro patet.* (§. antec.)

Quod ſi vero leges imperii nil certi expreſſe definiant, deciſio hac in re, uti in ceteris negotiis publicis, facienda, vel *ſecundum analogiam legum*; a) vel *per argumenta, ex legibus deducta.* b) Et ſi nec hoc fieri poteſt, recurrendum eſſe denique ad *principia juris publ. univerſalis*, quilibet facile concedet. Et ſic patet, qua via nobis in deducendo Jure belli imperii R. G. eundum. Reſtat ut ſequentes terminos adhuc in capite praeſenti explicemus.

a) Qua de re vide KULPISII orat, *de analogia juris*, & HORPFLER de *jurisprud. analog. fundamento.*

b) conf. V. A. *Dni* FREISLEBEN. diſſ. *de ratiocinio ex argumento legis deducto.* SCHLEVOGT. de *argumentis LL. caute formandis.*

§ XVI.

Quaeſtio an? in deliberationibus ſuper bello imperii dicitur, qua quaeritur; utrum bellum imperii ſuſcipiendum, ſive gerendum, vel non: *Quaeſtio quomodo?* autem, qua de modo, & mediis quaeritur, quibus bella imperii gerenda. Quodſi quaeſtio an? affirmative deciditur, bellum imperii dicitur *decerni*; & *inſtrui*, ſi illi praeſertim punctus quaeſtionis quomodo? qui media quibus bella imperii gerenda, concernunt, legitime determinantur. Ab utroque differt *belli imperii declaratio* (die Kriegs-Erklährung) quae eſt actus, quo

J. R.

Digitized by Google

J. R. G. ei contra quam bellum decretum, publice intimat, ſe bellum contra eundum moturum, *& belli Imp. inchoatio*, quo J. R. G, actu vi bellica contra hoſtem uti incipit,

Singula haec in omni bello, & praeſertim in bellis imperii, probe ſunt diſcernenda; (quemadmodum hoc ex infra dicendis uberius patebit.) Definitiones, quae in praeſenti occurrunt *§pho* ſatis clarae nobis videntur, ut igitur ulteriori explicatione non indigeant. Quod ad quaeſt: quomodo attinet, vel me non monente, quilibet intelliget, eandem in plures abire (§. XII.) quaeſtiones ſpecialiores; quarum quaelibet ſpecialem conſtituit *punctum*, ſeorſim in deliberationem ducendum. Pertinent huc quaeſtiones v. gr. de modo in belli declaratione obſervando? de exercitu imperiali conſcribendo? De ducibus militiae imperialis eligendis? de aerario militari, granariis, & armamentariis erigendis? & quae horum, ſexcenta ſunt alia. a) In ſpecie autem *quaeſtio quanti?* vocatur, qua de numero militum hoſti opponendorum; quantitate pecuniae, aliarumque rerum ad inſtruenda bella imperii, neceſſariarum, quaeritur; b) de quibus ſingulis infra plura.

Ceterum, cum belli imperii declaratione, (quam vel *puram* vel *conditionatam* eſſe notum eſt c) non confundenda eſt, ejus *publicatio* d) (die Verkündigung ins Reich) quippe quae non adverſus hoſtem, ſed ad ipſos imperii ſubditos dirigitur; ut bellum imperii in imperio innoteſcat.

Bellum imperii antequam inchoatur, legitime antea decernendum, & ordinario etiam declarandum, & publicandum eſſe, per princ. juriſpubl. notum eſt.

a) Quoad notiones et quaeſtione an? & quomodo? vid. diſſert. inaugulare Ill. NETTELBLADII de *jure Imperatoris vicariorum, Electorum & principum Imperii in Electione Regis Rom. cica quaeſtionem an?* § 6.

b) conf. MVLLERI diſſert. *de copiis auxilioribus* ſtatum Imperii (§. X.)

c) vid. COCCEII diſſ. ſupra allegata *de clarigatione, Elementa jur. Gent.* Lib. IV. cap. VI. §, 6, p. 348,

d) de qua inf. § XXII. plura,

CAPVT

§ . ° . §

CAPUT II.

DE JURE BELLI IMP. ROM, GERMANICI IN STATU IMPERII ORDINARIO.

§ XVII.

Statum imperii ordinarium vocamus, quo ordinarius in eodem exiſtit ſupremus Imperans. Eſt vero ordinarius I. R. G. ſupremus Imperans *Imperator Romanus*, qualis dicitur, perſona per electionem talis legitime conſtituta, cui directio exercitii jurium majeſtaticorum J. R. G. conceſſa.

Ab ordinario Imperii imperante differunt *extraordinarii*, quo pertinent *Rex Romanorum, & Vicarii Imperii*, a) de quibus plura in capite ſequente. Patet jam, quid præſtare debeamus de jure belli imperii in ſtatu imperii ordinario in hoc capite acturi. Incumbit nimirum nobis, ut oſtendamus, quid juris Imperatori atque ſtatibus imperii (§ VII.) circa bella imperii, & quae huc ſpectant, competat; utrum unice omnia ab Imperatorum dependeant arbitrio; an vero horum poteſtas reſtricta; & quousque haec limitata. Et cum omnia haec in re ex legibus imperii & obſervantia imperiali deducenda (§ XV.) liceat nobis in *§pho* ſubſequenti pauciſſimis recenſere hujus juris fata, legesque imperii potiores, quae limites ejusdem continent, & monſtrant.

a) Vide, ſi placet, illuſtris SCHMAUSII elegantiſſ. comp. jur. publ. Lib. 1. cap. VII. & VIII.

§. XVIII.

Jus belli Imperii in Imperio Rom. Germ. temporis ſucceſſu varias expertum eſt mutationes. a) Antiquioribus praeſertim CAROLI M. & poſterorum temporibus

Digitized by Google

bus univerſum jus belli, ab Imperatorum regumque unice fere dependebat arbitrio b) quae tn. Imperatorum poteſtas uti in ceteris, ita & hac in re, temporis progreſſu vario modo reſtricta. Et quidem Imperator laudatiſſimus MAXIMILIANUS Imus jam anno 1495. in comitiis Wormatienſibus c) ſe expreſſe obſtrinxit: Er wolle ohne Wiſſen und Willen der jährlichen Verſamlung (conventus ſtatuum imperii qui tunc annui erant intelliguntur) keinen Krieg oder Vehde anfangen; & cum nihiloſecius idem Imperator anno 1499. bellum contra *Helvetios*, & deinde aliud anno 1501. contra *Venetos*, utrumque irrequiſitis imperii ſtatibus ſuſcepiſſet; admodum aegre hoc ſtatus tulerunt, eique auxilium ſuum denegarunt. * Poſtea cum CAROLUS V. Imperator Rom. creatus, inter alias regni adipiſcendi conditiones, ad quarum obſervantiam per Capitulationem, adſtrictus, & haec erat, quam Imperator promittebat. d) Wir ſollen und wollen Uns dazu ꝛc. friedlich und Nachbahrlich gegen die anſtoſſende Chriſtliche Gewalten halten, kein Gezänke, Vehde noch Krieg, in oder auſſerhalb des Reichs von deſſelben wegen anfahen, oder unternehmen: ohne Vorwiſſen Rath und Bewilligung der Reichs-Stände, oder zum wenigſten der 6. Churfürſten; quae verba & in ſubſequentium Imperatorum capitulationibus quoad maximam partem retenta. e) Deinde in Inſtrumento Pacis Weſtphalicae art. VIII. f) expreſſe cautum; gaudeant ſine contradictione (ſcil. ſtatus imperii) *jure ſuffragii* in omnibus deliberationibus ſuper negotiis imperii, praeſertim ubi leges ferendae, vel interpretandae, *bellum decernendum, tributa indicenda, delectus aut hoſpitationes militum inſtituendi, nova munimenta intra ſtatuum ditiones exſtruenda nomine publico, nec non ubi pax & foedera* facienda. Tandem ac denique

in *capit. noviſſ.* g) ſequentia exſtant verba: Wir ſollen und wollen Uns auch die Zeit unſerer Regierung gegen die benachbahrte Chriſtl. Gewaelte friedlich halten; Ihnen allerſeits zur Wiederwärtigkeit des Reichs keine Urſache geben; Weniger das Reich in frömde Kriege impliciren, ſondern Uns aller Aſſiſtentz daraus dem Reich Gefahr und Schaden entſtehet, gäntzlich enthalten; auch keine Gezänk, Vehde noch Krieg in und auſſerhalb des Reichs von deſſelben wegen unter keinerley Vorwand wie der auch ſey anfangen; oder Bündniß mit ihnen machen; es geſchehe denn ſolches mit deren ſämtlichen Churfürſten und Stände *Conſens*, auf offenem Reichs-Tage, oder zumwenigſten deren ſämtlichen Churfürſten Vorwiſſen, Rath, und Einwilligung, in eilenden Fällen, wo hernechſt gleichwohlen ſobalden, mit geſamten Reich die Gebühr zu beobachten; & non multo poſt § 5. cit. art. exſtant verba: Wo wir aber des Reichs wegen angegriffen würden, mögen wir Uns aller dem Reich unnachtheiligen Hülffe gebrauchen. Reliqua articuli hujus contenta, quibus jus belli circa bella imperii R. G. ulterius adhuc determinatum, ſuis convenientibus locis exhibebimus.

a) vid. hac de re D. WAGA in cit. diſſert. *de iis quibus jus belligerandi competit*, perit.

b) conf. PFEFFINGERVS in *Vitriar. illuſtrat.* L. I. Tit. 2. §. 10. lit. d. LIMNAEVS ad Capitul. CAROLI V. art. 11. voce die Reichs-Stände. Quamvis enim Imperatores, & tunc temporis ſtatuum ſuffragia in negotiis bellicis conſuluerint, libere hoc tamen factum eſſe probat PFEFFINGERVS. cit. l. & *vota* haec non *deciſiva*, ſed *conſultativa* magis fuiſſe, ſcriptores, horum temporum abunde teſtantur; id quod etiam probe monet, illuſtr. a REVST in *obſervat. milit*, Tom. I. Obſerv. XXX § 1

c) vid. Handhabung des Land-Friedens zu Worms de a. 1495. art. V.

*) Qua de re vid. MVLLERVM *in praefatione ad Theatrum comitiorum* ſub Maximiliano *1mo* & PIRKHEIMERVM *de bello Helvet.* L. II p. 78. 81.

d) vid. *Capit. Caroli V.* art. XI.
e) conf. illuſtr. MOSERI *Annot. in capitul.* Caroli VII. art. IX. §. 2. p. 172. & ſeq.
f) §. gaudeant. 2.
g) art. IV. §. 2.

§. XIX.

Ex iis quae § antec. praeſtabilita, ſequentes ſponte fluunt propoſitiones.

Bellum imperii offenſivum Imperator ſolus ſuaque auctoritate, ſub nullo unquam praetextu, decernere, & inchoare poteſt, quin potius Electorum, Principum ceterorumque imperii ſtatuum ad hoc requiritur conſenſus. Etenim non ſolum per Inſtrument. Pacis Weſtphalicae ſtatibus imperii *jus ſuffragii* in omnibus deliberationibus ſuper negotiis imperii, & praeſertim *ubi bellum decernendum*, conceſſum, ſed & in Capitul. noviſſima expreſſe eſt cautum; daß Se. Käyſerl. Majeſtät; kein Gezänk Vehde noch Krieg in-und äuſerhalb des Reichs von deſſelben wegen unter keinerley vorwandt anfangen ſolle, und wolle: Es geſchehe denn ſolches mit der Churfürſten, Fürſten und Stände *conſens.* (§. XVIII.) Ex his ipſis igitur LL. imperii verbis§i hujus veritas ſatis abunde patet. Cur autem hanc propoſitionem ad bella imperii offenſiva tantum reſtringamus, §. XXI. pluribus docebit.

Diſpoſitio haec legum imperii, rationi quam maxime eſt conformis; cum ſecundum Doctorum ſententiam, aequitatis regulae exigant: *ut omnes in rem conſentiant, quae omnium intereſſe concernit.* a) merito ergo FRIEDER. AVGVST. & CHRISTIANVS LVDOVICVS *Duces Brunſuic. & Luneburg.* in *reſponſione ad literas Electoris Saxoniae* ſub dato Zell d. 28. Maji 1641. faſſi: Wan aber ohne Zuzieh- und Einwilligung der Reichs-Ständ Krieg beſchloſſen, oder angefangen wird, ſo iſt ſolches eine in den Fundamental-Satzungen

gen verbothene Sache, und ſind die Stånd gar nicht verbunden, ſolche ungebůhr ausfůhren zu helfen. b) Vtrum autem *omnium* in bello imperii decernendo ſtatuum conſenſus requiratur; an *major ſaltem pars* ſufficiat, quaeritur? Majorem partem & hac in re concludere, praeter multos alios autumat, & probat illuſtris MASCOV; c) id quod etiam ex infra dicendis uberius patebit. Ceterum hoc jus *in projecto capitulat. perpetuae.* d) adhuc magis limitatum; cautumque eſt, ut Imperator ne quidem intuitu provinciarum ſuarum haereditariarum ſine ſtatuum Imperii conſenſu bellum ordiri debeat, quae tamen clauſula capitulationibus, quae hactenus prodiere, haud inſerta.

a) vid. hac de re NITZSCHIVM ad art. XIII. Caput. IOSEPH. §. 1. p. 336.
b) Litterae hae exſtant apud LONDORPIVM Act. publ. Tom. V. L. 1. §. 109. p. 348. in THEATRO EVROPAEO part. IV. p. 440.
c) in diſſert. alleg. ſect. 1. §. 9.
d) Quam exhibuit FABER Tom. XVII. p. 691.

§. XX.

In caſibus ſubitis quando periculum in mora, ad bellum imperii offenſivum decernendum & inchoandum Imperator Electorum ſaltem adhibere debet conſenſum; quam primum vero periculum in mora ceſſat, omnium denuo requiritur ſtatuum imperii conſenſus. Veritas hujus propoſitionis non minus elucefcit, ex verbis, *capitul. noviſſimae,* §. XVIII. adlatis. Quamvis enim Imperator promittat, ſe bellum imperii offenſivum ſub nullo unquam praetextu, inchoaturum, ſine Electorum, principum, ceterorumque imperii ſtatuum conſenſu; addita tamen eſt clauſula: oder zum wenigſten deren ſåmtlichen Churfůrſten Vorwiſſen, Rath und Einwilligung in eilenden Fållen. §. XVIII.) Qua propter cum per vocabula eilende Fålle nil aliud

 intelli-

intelligatur, quam *caſus ſubiti*, (ſeu qui moram non ferunt,) ſatis clarum eſt; in caſibus ſubitis, quando periculum in mora eſt, ad bellum imperii offenſivum decernendum, & inchoandum, Electorum ſaltem adhibendum eſſe conſenſum.

Enim vero cum clauſulae huic ex capitulatione adductae, addita ſit reſtrictio: wo hernächſt gleichwohlen und ſo balden mit dem geſamten Reich die Gebühr zu beobachten (§. XVIII.) ſatis inde patet, non ideo tamen, quod in caſibus ſubitis ad bellum imperii offenſivum decernendum, Electorum ſufficiat conſenſus, totum negotium belli, Electoribus privative eſſe conceſſum; quin potius cum diſpoſitio haec ad caſus ſubitos tantum reſtricta (uti ipſa verba loquuntur, nemo non videt, Electorum non ſufficere conſenſum niſi ſub data hypotheſi. Iam cum ab hypothetico ad abſolutum vitioſa ſit argumentatio; (§. 645. & 646. Log. lat.) & ceſſante in mora periculo, ipſa haec hypotheſis ceſſet: palam eſt, ceſſante in mora periculo, ad bellum imperii offenſivum decernendum, & inchoandum, omnium denuo ſtatuum imperii requiri conſenſum.

Clauſula haec, quod in caſibus ſubitis & extraordinariis, Electorum ſufficiat conſenſus, deprehenditur jam *in Capitul* Caroli Vti. a) Quam aegre autem caeteri Imperii Status eandem tulerint, nemo poteſt ignorare, qui vel primis labris, juris publici tetigit doctrinas. Vrgebant igitur ſtatus imperii non ſolum in conſultationibus *de pace Weſtphalica*, b) ſed & in monitis ſuis *ad Capitulationem Imper.* Ferdinandi IVti c) & poſtea ſaepius, d) clauſulae hujus omiſſionem (quam clauſulam Hypolitus a Lapide oppreſſionem patriae adpellare, haud erubeſcit. a) Verum enim vero, quamvis art. VIII. *§ gaudeant, Inſtr. Pac. Weſtph.* Statibus imperii inſigne

Jus

Jus ſuffragii in omnibus deliberationibus ſuper negotiis imperii conceſſum; nil tamen circa hanc clauſulam mutatum eſt; quin potius eadem *in capitulatione tam* FERDINANDINA, quam ſubſequentium Imperatorum retenta, f) & licet iſta in *projecto capitulationis perpetuae* omiſſa g) nihilominus tamen *Capitulationi* Imperat. tum CAROLI VII. h) quam & *noviſſimae* denuo inſerta eſt. (§ XVIII.)

Ex his autem ſimul liquet, Electorum conſenſum ad bellum imperii decernendum non niſi in caſu neceſſitatis, e. gr. ſi hoſtis timenda eſt praeventio, ſufficere. Errant igitur, qui eundem in omni bello ſimpliciter ſufficientem eſſe ſtatuunt i) cum hoc non ſolum menti legis adverſum ſit, ſed & ipſi Electores plus una vice contrarium hujus confeſſi ſunt. k) Ceterum iis in caſibus quando Electorum conſenſus ad bellum imperii decernendum, & inchoandum ſufficit, *unanimem* horum requiri conſenſum; partim ex verbis: Der ſämtlichen Churfürſten Rath und Einwilligung; partim autem ex iis, quae HENNIGES ad *Capitul.* IOSEPHI l) docuit, ſatis clarum eſſe arbitror.

a) art. XI. vid. §. 18.

b) vid. PFANNERI *hiſt. Pac. Weſtphal.* L. III. §. 35.

c) Auctor *der Grundveſte* P. III. c. 3. p. 199. n. 4.

d) vid. illuſtr. MOSER. in *Annot. ad capit.* CAROLI VII. l. cit. qui plures principum contra hanc clauſulam factas proteſtationes exhibet.

e) *De ratione ſtatus* P. I. c. 15. ſect. 2. ſed ſine ratione; merito inde refutatus ab illuſtr. MASCOVIO, in diſſert. *de bello ſolemni imperii* ſect. 1. §. 7.

f) vid. illuſtr. MOSER. l. cit.

g) Quam vide apud FABR. Tom. cit.

h) art. IV. §. 2.

i) Quid huic opinioni quorundam anſam dederit, docet illuſtr. MASCOV. l. cit. §. 6.

k) vid. *reſponſ. Elector.* in conventu colleg. Ratibon. d. A. 1630. d. 19. Jul. ad *punct. tert.* propoſit. *de pace reducenda*, apud LONDORPIUM. Tom. IV. p. 55. & p. 56.

l) ad. art. XV. p. 186.

§ XXI.

Digitized by Google

§ XXI.

Bellum imperii defenſivum imperator qua talis ſolus quidem decernere, & inchoare poteſt; abſtineat tamen a mediis, quae in detrimentum imperii vergunt. Veritas hujus propoſitionis adparet, ex verbis §. 5. art. IV. Capitul. noviſſ. Cautum enim ibi eſt; **Wo wir aber von Reichs wegen angegriffen würden, mögen wir uns aller dem Reich unnachtheiligen Hülfe gebrauchen.** (§. XVIII.) Quodſi igitur imperium Rom Germanicum, vel ejus nomine Imperatorem extera quaedam gens, vel ipſe quidam ſtatus imperii vi bellica aggreditur, Imperator hoc in caſu, vim vi repellere, & pro imperii defenſione, juſta quaevis media adhibere & ſolus poteſt. Quare cum bellum ejusmodi, bellum defenſivum (§. IV.) & bellum imperii dicatur, cujus pars belligerans, eſt imperium Rom Germ. (§. VIII.) bellum autem quod imperator nomine imperii gerit pro tali reputandum ſit, (quemadmodum hoc ex notione ſupra data facile poteſt colligi (vid. §. VIII.) hinc ſatis patet, quod bellum Imperii defenſivum Imperator qua talis & ſolus inchoare atque decernere poſſit. (§. XVI.)

Enim vero cum huic legi addita ſit determinatio, **aller dem Reich unnachtheiligen Hülffe.** (§. XVIII.) per vocabulum **dem reiche unnachtheilig** vero, nil aliud poſſit intelligi, quam quod in detrimentum imperii haud vergit; hinc *ſphi* hujus veritas extra controverſiam eſt poſita.

Iterum haec legum imperii diſpoſitio juri Naturae, & Gentium; imprimis autem rationi Status imperii Rom. Germanici, admodum eſt conformis: quod longa demonſtratione, ſi opus eſſet, ex pluribus iisque ſolidiſſimis argumentis, poſſet evinci a) Sapienter igitur jam cautum eſt, *in Capitul.* CAROLI Vti.

Wie

Wo wir aber von Reichs wegen, oder das Heil. Reich angegriffen und bekrieget würde, alsdan mögen wir Uns dagegen aller Hülfe gebrauchen: quae verba repetita deinde in Capitulationibus ſubſequentium Imperatorum FERDINANDI I. *) MAXIMILIANI II. **) RVDOLPHI II. ***) MATHIAE ****) FERDINANDI II. †) III. ††) & IV. *†) IOSEPHI **†) aliquali nonnunquam facta verborum mutatione. b) Verba, quae continentur in Capitul. tam CAROLI VII. quam & auguſtiſſimi Imperii Capitis, quod imperium jam ornat, ſuſtinet, & beat, FRANCISCI I. conveniunt cum iis, quae *in projecto capitul. perpetuae* exſtant. c] Dantur, qui ex verbis **aller dem Reich unnachtheiligen Hülfe** concludunt, d) poſſe & Imperatorem pro imperii defenſione militem adhibere extraneum (a quo & ipſos Turcas NITZSCHIVS (e haud excipiendos putat) modo imperium nil inde ſentiat damni. Quamvis autem Imperator, ſi neceſſitas ita exigit, bella imperii defenſiva & ſolus decernere atque inchoare poſſit; non ideo tamen Statuum imperii conſenſum in hoc bellorum genere requirere prohibetur; quin potius & haec bella, ſtatuum imperii conſenſu, ſaepius fuiſſe decreta, exempla teſtantur; f) immo prudentiam ſuadere, ut & in hiſce bellis ſtatuum imperii adhibeatur conſenſus, ex mox dicendis ſatis eluceſcet.

a) conf. hac de re PFEFFINGERUM *in Vitr.* illuſtr. L. III. Tit. II. § 69. lit. b) p. m. 351.

*) art. X. **) art. VII. ***) art. X. ****) art. XI. †) art. IX. ††) art. X. *†) art. XI. **†) art. XIII.

b) conf. illuſtr. MOSER. l. c. ad §. 5. p. 181. & 182.

c) FABER. Tom. XVII. p. 691.

d) vid. LAMPAD. *de republ.* P. III. c. 19. §. 17. LIMNAEVS *ad Capit. Caroli V.* art. XI.

e) *ad capitul.* IOSEPHI art. XIII. §. 7. vid. tamen, quid moneat PFEFFINGERVS l. cit. & quae diſpoſita *in capitul. noviſſima.* art. IV. § 7.

f) Exempli loco provocamus ad bellum ultimum anno 1731. adverſus Gallos & Adhaerentes geſtum, quod ab initio non, niſi Imperatorem, concernebat, poſtea autem bellum imperii defenſivum factum; & in comitiis imperii

 ſtatuum

ſtatuum conſenſu decretum eſt. conf. Fabri Staats-Canzley Tom. LXIII. cap. XI. praeſertim pag. 731.

§. XXII.

Bello imperii decreto, ejus declaratio & publicatio, ab Imperatore quidem fit. Fieri tamen debet nomine Imperii & praevio ſtatuum imperii conſenſu. Teſtantur hoc acta publica; & praeſertim tot belli declarationes, quarum formulae magno numero apud LONDORPIUM & FABRUM proſtant. Provocaſſe jam ſufficiat ad *formulam belli declarationis* de ao. 1702. & quae eam praeceſſerunt, ſtatuum imperii concluſa, *imprimis, Concluſ. 3. Collegior. d. 28. Sept.* 1702; ubi enarratis variis, iisque graviſſimis laeſionibus, a Galliarum Rege imperio illatis, (tanquam belli hujus cauſis juſtificis,) ſtatus imperii inter alia concludunt: **daß die gegen die oft wiederholte, und feierlich geſchloſſene Friedens Schlüſſe, unternommene** infractiones, contraventiones, occupationes **und** detentiones (**der Cron-Franckreich nemlich vor unſtreitige** pacifragia **zu halten: Mithin der König von Franckreich und deſſen Enkel, der Herzog von Anjou, auch deren** alliirte, **alle ihre angehörige Befehlshabere, Soldaten, und Unterthanen, Helfer, und Helfers Helfere, ohne Unterſcheid vor Reichs-Feinde zu halten und der Krieg gegen dieſelbe von Reichswegen, zu** decerni**ren; zu** *declariren* **und ins Reich zu verkündigen ſey:** quae verba poſtea, *in ipſa formula* belli declarationis, *ab Imperatore, contra Regem Galliae,* & *Adhaerentes* emiſſa, repetita. Eadem fere verba deprehenduntur, *in formula belli declarationis* contra *Regem Galliae, Sardiniae ducemque Sabaudiae, & ſocios* ao. 1734. publicata: in qua glorioſiſſ. memoriae Imperator, CAROLUS VI, prolatis iterum variis, iisque

que ponderoſiſſimis belli hujus cauſis, faſſus: daß der König von Frankreich, und der König von Sardienien, als Herzog von Savoyen, und alle ihre Helfers Helfere ohne Unterſchied vor Unſere und des Reichs Feinde zu halten: ſo fort der gerechte Krieg von Unſerent und des H. Reich wegen zu erkennen, zu erklähren und in das Reich zu verkündigen ſey. Quemadmodum autem formulae hae ſtatim monſtrant bellorum imperii *declarationem* & *publicationem ab Imperatore fieri*; ita & ex jam allatis ſatis clarum eſt, fieri eandem debere *nomine Imperii.*

Quod vero etiam *fieri debeat praevio ſtatuum imperii conſenſu*, partim ex ipſis his belli declarationibus, in quibus Imperator plus una vice ad ſtatuum imperii conſenſum provocat; partim autem ex deliberationibus, ſuper belli declaratione, a ſtatibus imperii antea inſtituendis, ſatis abunde conſtat. Teſtimonii loco, provocamus tantum ad *protocoll. colleg. Princip. d. 19. Febr.* 1734. *ceteraque acta, in materia belli declarationis contra Regem Galliae, & Adhaerentes,* quae dictis, fidem conciliabunt.

Singula haec acta publ. ad quae in §pho praeſenti provocavimus, exſtant apud FABRVM in der Staats-Canzley. a) De belli imperii declaratione, iisque quae huc ſpectant, & in ſpecie de modo, quo bella imperii declaranda, & publicanda, uberius & ſolide egit, *perilluſtr. a* BEVST. b) Ceterum, bella imperii non ſolum in comitiis imperii, ſed & in territoriis ſtatuum imperii, publicari, notum eſt. c) Quid prudentiae hac in re quoad ſtatus imperii potentia minores, ſibi videatur, acute & lepide expreſſit, illuſtr. ESTOR. d) Quod ad *literas avocatorias*, ſ. *mandata avocatoria* quibus membra imperii, quae apud hoſtem munera militaria adminiſtrant, ab exercitu & ſtipendiis hoſtis, in germaniam vocantur, ut pro

Digitized by Google

imperii ſalute arma capiant (quaeque belli declarationem concomitari ſolent) nec non *inhibitoria & dehortatoria* attinet, nomine Imperii, ab Imperatore eadem publicari, formulae teſtantur, e) Eandem eſſe rationem *commerciorum tam literarum quam mercium cum hoſte, prohibitionis,* acta publica, plus una vice docent. f)

a) *Concluſ.* 3. *Collegior. d.* 28. *Sept.* in bello ao. 1702. adverſus gallos declarato: exſtat Tom. VII. p. 668 & 669. cum quibus junge quae pag. 640. & ſeq. ej. Tom. continentur. *ipſam formulam belli declarationis* vid. Tom. cit. p. 707. & ſequent. *Formulam* de bello anno 1734. *contra Gallos* declarato, exhibet Tom. LXIII. p. 731. & 735. nec non *protocollum colleg. princip.* p. 601. & ſeq.

b) *in obſervat. militaribus.* Tom. II. cap. VI. p. tot.

c) illuſtr. MASCOV. l. cit. Sect. 1. §. 13

d) jn der Praktiſchen Vorſtellung der Rechte und Geſchäffte, welche die Räthe der Stände bey einem Reichs Kriege zu beobachten pflegen. Sect. I. c. 1. §. 41

e) Quae vide in LUNIGS *Reichs Archiv* Part. Gen. Tom. I. p. 711. Perplura quoque exhibet FABER. *Mandata avocatoria & inhibitoria* de 1734. exſt. Tom. LXIII. p. 747. & Tom. LXIV. p. 401.

f) vide ſi placet. *Die Staats-Cantzley* Tom. IX. p. 722. Tom. X. p. 402. Tom. LXIII. p. 756. & 758. Tom. LXIV. pag. 519 & ſeq. conf. deh. arg. D. KEMMERICH in diſſert. *de commerciorum libertate reſtricta*, & D. COCCEII *de rebus exportare prohibitis.*

§. XXIIII.

His jam abſolutis, progredimur nunc ad illas juris belli J. R. G. *partes, quae bellorum imperii inſtructionem* imprimis concernunt. (§. XVI.) Pertinent huc *jura*, quae verſantur *circa Exercitus imperialis conſcriptionem; Ducum militiae imperialis, ceterorumque imperii officialium, qui huc ſpectant, conſtitutionem; Fortalitiorum tam veterum reparationem, quam novorum exſtructionem; aerarii militaris imperii erectionem;* & quae ſexcenta ſunt alia (§ XII.)

quo-

Digitized by Google

quorum potiora in ſubſequentibus jam breviter explicabimus. Videamus primo loco, quomodo ſe habeat exercitus imperialis in J. R. G. conſcriptio. Eſt vero *Exercitus Imperialis* (die Reichs Armèe) complexus militum, ab imperii ſtatibus eum in finem collatorum, ut imperio operas bellicas praeſtent: iique, quibus directio exercitus imperialis conceſſa, *Duces militiae imperialis* [die Reichs Generalitaet] audiunt; quos inter eminent, *campi Mareſchalli Imperii* [die Reichs Feld Marechalle] qui ſunt ſupremi militiae imperialis duces.

Præter ſupremos militiæ Imperialis duces ſeu campi-Mareſchallos Imperii, huc pertinet *Locumtenens generalis imperii* (Reichs-*General-Lieutenant*) *ſupremus rei tormentariae praefectus* (Reichs-Feld-Zeugmeiſter) *ſupremi tam apud equitatum quam peditatum vigiliarum directores* (General-Feld-Wachtmeiſter über Cavallerie und Infanterie) &c. In bello ſuperiori ſeculo *adverſus Turcas* anno 1664. geſto, munera *ſupremi campi-Mareſchalli imperii*, LEOPOLDO WILHELMO, *Marchioni, Badenſi*; *Locumtenentis Generalis*, GEORGIO FRIDERICO tum temporis, adhuc *Comiti Waldecciae* (quem vero tot merita immortalia, ad altiorem deinde ſpartam, una cum Principis evexerunt dignitate; a) *ſupremi equitatus ductoris* (General uber die Cavallerie) *Duci Wurtenbergico*: *Praefecti peditatus, reique tormentariae ſimul*, FRANCISCO *Comiti de* FUGGER, *ſupremi apud equitatum vigiliarum directoris*, IOHANNI ADOLPHO, *Duci Holſatiae*; & *ſupremi vigiliarum peditatus praefecti* FRIDERICO *Marchioni Bado-Durlacenſi* demandata erant. b) Quibus haec munera in *bello* 1704. *contra gallos* geſto; & recentioribus temporibus conceſſa; acta publica apud LONDORPIUM & FABRUM docent. c) De Ducibus militiae imperialis, ceteriſque, qui huc pertinent, imperii officialibus (de quibus mox plura) variae exſtant LL. imperii diſpoſitiones. Imprimis autem *p. Receſſum imp. Ratisbon.* de anno 1541. d) cautum, quod ſupremus militiae imperialis

Digitized by Google

rialis Dux, natione *Germanus* eſſe debeat; & recentiori aevo ſancitum; quod Duces hi pari numero ex utriusque religionis Catholicorum & Proteſtantium aſſeclis eligendi ſint. Plura de hoc Argumento tractant B. MOEGLING in pecul. diſſert. e) STRYCKIUS, f) SCHUZIUS. g) *De Campi-Marechallis imperii* quondam etiam ex inſtituto diſſeruit, illuſtr. MOSER. h)

a) vid. illuſtriſſ. Auctor *des Europaeiſchen Herolds* Part. I. p. 657.
b) conf. LONDORP. Act. publ. Tom. IX. p. 257 & ſeq.
c) *Staats.Canzley* Tom. IX. & X p. 752. Tom. LXIII. LXIV. & praeſert. Tom. LXXIII. p. 309. 313. 321. Tom. LXXIV. 268. 270. 275. Tom. LXXV. p. 456 &c.
d) §. 55. vid. Illuſtr. a BEUST *in obſervat. milit.* Tom. 1. obſerv. XXXV. p. 46.
e) *De ſupremo militiae imperial. praefecto.*
f) in diſſert. *de jure militiae imperialis.*
g) in diſput. *Jur. publ. Tom. II.*
h) *in den Berolíniſchen intelligentz-Bogen an.* 1737.

§. XXIV.

Milites per imperium legere, exercitumque imperialem Imperator prout lubet, conſcribere nequit; ſed Electorum, Principum, ceterorumque imperii ſtatuum praevius ad hoc requiritur conſenſus; & tam numerus, quam modus, quo copiae auxiliares a ſtatibus praeſtandae, horum conſenſu eſt determinandus. Veritas hujus propoſitionis non ſolum ex *inſtrumento Pacis Weſtphal.* ſed & partim ex *capitulationibus, partim* vero *ex actis publicis*, ſatis abunde patet. Etenim *vi Inſtrumenti Pacis*, ſtatibus imperii conceſſum eſt jus ſuffragii in negotio, *ubi delectus militum inſtituendi* (§. XVIII.) & *in capitul. noviſſ.* Imperator ſe obſtrinxit: Desgleichen ſollen und wollen wir auch ohne vorher gedachten Conſens derer Churfürſten, Fürſten und Ständen keine Werbungen im Reich anſtellen ꝛc. (§. 7. art. IV. Capit.)

Ipſa

Ipſa ergo haec LL. imperii verba loquuntur, Imperatorem milites, prout lubet, per imperium, ſeu in territoriis ſtatuum imperii, legere; ſtatibusque imperii, imperare non poſſe, ut militum inſtituant delectus; quin potius Electorum, principum, ceterorumque imperii ſtatuum ad hoc opus eſſe conſenſu.

Enimvero cum exercitus imperialis conſiſtat ex militibus ab imperii ſtatibus collatis (§ XXIII.) [cum quibus & imperator ſuas jungere ſolet copias:] nemo non videt, Exercitum imperialem ex militum delectu, ab imperii ſtatibus inſtituendo, erigendum eſſe. Jam cum hac in re ſtatuum imperii requiratur conſenſus (p. jam deducta) ſatis patet, Imperatorem etiam exercitum imperialem per imperium, prout lubet, conſcribere non poſſe, ſed ſtatuum imperii adhoc requiri conſenſum. Idem adhuc *tam ex modo*, quo exercitus imperialis conſcribendus (de quo infra plura) quam a ſaepius *denegatis ab* Imperatoribus petitis, ſtatuum imperii *copiis auxiliaribus* (ita enim vocantur milites ab imperii ſtatibus conferendi) cujus exempla *in Scholio* exhibebimus, clarius eluceſcit.

Quod vero tam numerus, quam modus, quo copiae auxiliares, a ſtatibus imperii praeſtandae, horum pariter conſenſu ſit determinandus, ignorabit nullus, qui vel ſuperficiaria tantum juris publici notitia inſtructus; & in actorum publicorum lectione paululum verſatus eſt. Teſtimonii loco in re tam clara provocamus tantum ad *Placitum Imperii d. 22. Martii 1734. in materia belli*, tum temporis contra Gallos gerendi: ubi inter alia ſequentia exſtant verba: Nachdem Ihro Kayſerl. Majeſtät das Gutachten rc. in Pcto. declarationis wieder die Cron-Franckreich ratificirt; und in Dero *Commiſſions-Decret*,

nit-

mit aller våterlichen Sorgſalt recommendirt, daß die Zahl des Reichs-Kriegs-Heers ꝛc. ausgeworfen; und nach den Reichs-Gutachten de annis 1681. 1689. 1702. und 1704. vorderſamſt *determini*ret, und zum Stande gebracht werden möge; und dieſes mit einigen andern punctis deliberandis in gehörige Berathſchlagung gezogen; So iſt nach reifer Ueberlegung dafür gehalten, und geſchloſſen worden; daß das Reichs-Kriegs-Heer nach den vorigen Reichs-Gutachten, und *concluſ. 1. colleg. de an.* 1681. 1702. und 1703. auf 120 tauſend wohlgewafneten *exercirten* Mann, und *reguli*rter, nach der *in ſimplo* beyliegender, *anno* 1681. beliebter *repartition* (quam in citatt. Scholio ſubjunctis exhibuimus) Unter der Kayſerl. und Reichs-Generalitaets Commando, an Ort und Ende, wo dieſe dieſelbe beordern werden, geſtellet werden ſolle ꝛc. *quod principum placitum*, una cum *decreto imperatoris commiſſoriali*, quod hoc praeceſſit, & ſubſecuta Imperatoria ratihabitione, propoſitioni huic lucem, quantum opus eſt, affundit, fidemque praebet.

Status imperii ſaepius Imperatoribus ſua denegaſſe auxilia, exempla perplura teſtantur. Sic enim RVDOLPHO Imperatori anno 1597. contra Turcas in comitiis Wormatienſibus opem petenti, plurimi auxilium ſuum recuſarunt; quod etiam 1557. Imperatori FERDINANDO, & jam antea ao. 1500. Imperatori MAXIMILIANO contigit. a) [§. XVIII.] Juſtum & æquum vero eſſe, ut ſtatus imperii, in bellis praeſertim imperii, ſacratiſſimo Imperii capiti auxilium ſuum præſtent, copiasque auxiliares ad Exercitum imperialem mittant, ratio ſtatus J. R. G. quemlibet facile docebit. b] Quod ad *Modum*, quo exercitus imperialis in imperio conſcribendus, in ſpecie attinet, varius hic fuit, pro temporum diverſitate. Imper. FRIED. III. præſertim tumporibus in uſu erat modus ſingularis, expeditum cogendi agmen, quod die eilende Hülfe vocabant, c] qui dudum vero ab uſu receſſit. Poſtea cum imperium per circulos diviſum, factum, ut ſtatus imperii copias auxiliares ad exercitum imperialem *per circulos* mitterent. d] Tandem poſt

varias

Digitized by Google

varias deliberationes anno 1681. *matricula antiqua de anno* 1521. quodammodo correcta; & ſtatus demum inter ſe convenerunt de modo conſcribendi exercitum 40000. militum; e) vi cujus proportio invaluit, quam FABER exhibet: f) quæque poſtea in variis obſervata eſt bellis; [uti ex *principum placito* in §pho adducto adparet;] & in bello anno 1705. contra Gallos geſto, in triplum eſt aucta. *Proportionem in bello de anno* 1734. vide in citat. g) Cum ergo jam copiae auxiliares Statuum Imperii, per circulos mittantur; hinc circuli iterum peculiares ſuos habent modos, quantum illud cogendi, quod a ſtatibus praeſtandum, h] quem in finem peculiaribus inſtructi quoque ſunt *commiſſariis*. Imo factum etiam eſt, ut plures circuli, peculiaria inter ſe foedera hac de re inierint; quod imprimis anno 1701. *inter circulos*, quos vocant *anteriores*, *Bavaricum*, *Franconicum*, *utrumque Rhenanum*, *&* *Suevicum* obtinuit. i] * Varia eaque egregia quæ huc pertinent, quæ latius jam perſequi, inſtitutum noſtrum haud permittit, tractat, Vir fama & meritis magnus, illuſtr. Dnus KOPPIVS. k, Conferatur etiam illuſtr. VLRICH, l] STRYCKIVS, m] & MVLLERVS. n) De milite Imperiali perpetuo, [cujus ergo, Heros immortalis, GEORG. FRIEDERICVS, *Princeps Waldecciæ*, tot curas, ſummo cum ſtudio, pro imperii ſalute, geſſit] vide, quae docet, illuſtr. MASCOVIVS. o]

a) vid. MVLLERI diſſert. *de copiis auxiliaribus* ſtatuum imperii §. XV.

b) vid. cit. diſſert. MVLLERI §. IX.

c) illuſtr. MASCOV. diſſert. *de bello imperii* §. 25.

d) qua de re, vid. *illuſtriſſ. Auctor des Europaeiſchen Herolds* P. I. p. 933.

e) conf. STRUVIVM in *Sytagm. jur. publ.* c. XXIII. § 6. & 15

f) in der Staats-Canzley Tom. X. pag. 324.

g) vi hujus *quantum, a quovis circulo praeſtandum*, ſequens eſt.

	zu Pferde		zu Fus
Der Chur-Reiniſche Craiß gab:	600	:	2707
Der Oberſächſiſche :	1322	:	2707
Der Ober Oeſterreichiſche :	2522	:	5507
Der Burgundiſche :	1321	:	2708
Der Fränkiſche :	980	:	1902
Bayern - - :	800	:	1494
Der Schwäbiſche :	1321	:	2707
Ober Reiniſche - :	491	:	2853
Der Weſtphäliſche :	1221	:	2708
Der Niederſächſiſche - :	1322	:	2707
	12000	-	28000

ſumma ſummarum - 40000. quae *ſimplum* conſtituit, vide die Staats-Canzley Tom. LXIII. p. 763.

h) vid. hac de re FABRUM. Tom. VI. p. 395. ubi exemplar *circuli Weſtphalici* exſtat.

i) conf. de hoc argumento, quae proſtant apud FABRUM Tom. LXII. p. 735, 738 & ſeq. Tom. LXIII. p. 347. Tom. LXXX. p. 168 & paſſim alibi, imprimis autem Tom. VII. p. 478.

k) in tr. eleganter & ſolide ſcripto, von der *aſſociation* der vordern Reichs-Craiſe. conf. etiam illuſtr. BISTORIS practiſche Vorſtellung ꝛc, c. 3. §. 19. qui ſatis uti ſolet pragmatice hac de re ſcripſit.

l) In differt. *de ſyſtemate civitatum germ. ſeu de diviſione regni germanici in X circulos*, p. tot.

m) in differt. *de militia imperiali* c. 2. §. 4. 5. & 6.

n) de *copiis auxiliaribus* ſaep. cit. praeſert. §. 23.

o) in diſſert. ſaepius laudata §. 26. Sect. I.

§ XXV.

Duces ſupremi militiae imperialis, ceterique huc ſpectantes imperii officiales, quo pertinent imprimis, conſiliarii bellici imperii, horumque Directores; Electorum, Principum, & Statuum imperii conſenſu, ſunt eligendi, atque conſtituendi: & tam hi, quam ceteri gregarii omnes ab imperio juramento ſunt obſtringendi. Veritas hujus §phi non ſolum per *obſervantiam imperialem* tot exemplis confirmatam; ſed

& prae-

& praeter alias imperii leges, per *capitul. noviſſ.* evidentiſſima eſt. Cautum enim eſt art. IV. §. 3. Dergleichen Reichs-Krieg ſoll nach Inhalt derer Reichs-Conſtitutionen, Executions-Ordnung, und Inſtrumenti Pacis geführet: auch NB. die von Uns und dem Reich in gleicher Anzahl beyder Religionen zu **beſtellende Reichs-*Generalitaet* ſamt denen ebenfals zu ernennenden Kriegs-Raths *Directorn* und Räthen, ſo wohl, als das gantze Kriegs-Heer, in Unſere und des Reichs-Pflicht**, genommen werden: wie ſolches alles die auf ſolche Reichs-Fälle ergangene **Reichs-Schlüſſe** erfordern, und mit ſich bringen. Ex hiſce verbis, niſi omnia me fallunt, ſat clarum eſt: I*mo* Duces militiae imperialis, ceteroſque officiales imperii qui huc ſpectant, quo pertinent conſiliarii bellici imperii eorumque Directores, Electorum, Principum, ſtatuumque imperii adhibito conſenſu, eſſe eligendos & conſtituendos; patet hoc ex verbis: **die von Uns und dem Reich zu ernenennde, und zu beſtellende** &c. & II*do* tam Duces, quam conſiliarios imperii bellicos, ceteroſque gregarios omnes, ab univerſo imperio juramento eſſe obſtringendos: id quod verba in **unſere und des Reichs-Pflicht** genommen werden, indicant. Vocabulum (Pflicht) enim, hoc loco, & alibi ſaepius juramentum ſignificare, & Davus ignorare non poterit.

Haud deſunt quidem exempla, ubi Imperator neceſſitate urgente coactus, principem exercitui imperiali & ſolus praefecit; id quod vel exemplum JOSEPHI confirmat, qui ſummam rerum bellicarum ad oras Rheni ſuperioris, *Electori* tum temporis *Brunſvicenſi & Luneburgenſi*, DIVO GEORGIO LVDOVICO anno 1707. demandavit. a) Verum enim vero, hoc ipſum exemplum theſeos noſtrae veritatem teſtatur; cum ſatis conſtat, Imperatorem, hoc non ſolum paulo poſt ſtatibus imperii notum feciſſe, ſed & conſenſum eorundem hac de re, requiſiviſſe;

Digitized by Google

viſſe; quem etiam, cum neceſſitas hanc Imperatoris diſpoſitionem exegerit, impetravit. Factum quoque non nunquam eſt, ut ſtatus imperii electionem & conſtitutionem ducis militiae imperialis ſupremi, Imperatori ſponte permiſerint; id quod anno 1541. contigit, quo M. Caeſar CAROL. V. Comitem de FVRSTENBERG ducem exercitus imperialis adverſus Turcas conſtituit, b)

Quod ad *conſiliarios bellicos* attinet, cautum jam eſt de his, *p. Rec. Imp. de anno* 1542. § 25. Und dieſem Obriſten Hauptmann ſind 10. Kriegs-Räthe zugeordnet; welche aus denen 10. Crayſſen des Reichs erwählet; und zugeſchickt werden ſollen. De officiis conſiliariorum horum, variae quoque exſtant in LL. imperii, diſpoſitiones, c) quarum ulterior conſideratio autem a ſcopo noſtro, aliena jam eſt.

Praeter conſiliarios bellicos alii adhuc quondam in uſu erant officiales imperii bellici; quo pertinebant, *militi luſtrando praefecti* (Muſter-Herrn, Muſter-Commiſſarien) *de quibus vide Receſſ. imperii de anno* 1551. d) 1566. e) & *Receſſ. Spirenſ.* de anno 1570. f) qui vero dudum jam ab uſu receſſerunt. g)

Olim conſiliari bellici ex catholicis plerumque electi; ſed *Principes & ſtatus Evangelici in monitis ad capitul.* LEOPOLDINAM art. II. admodum deſiderabant, ut conſiliarii imperii bellici ex utriusque religionis aſſectis pari numero eligerentur, h) cui principum, atque ſtatuum proteſtantium deſiderio & poſtea ſatisfactum.

Ceterum de juramento ducum militiae Imperialis, (cujus jam *formula in Receſſ. imperii* de anno 1500. continetur) conſiliariorum, aliorumque, qui huc pertinent imperii officialium; nec non gregariorum conf. *illuſtr.* MASCOV. i)

a) vid. LVNIGS Reichs-Archiv P. gen. p. 748. & 49. ſive FABRI Staats Canzley Tom. XII. p. 493. 496.

b) conf. hac de *Receſſ. imp. de anno* 1541. §. 55. & ſeq. & *receſſ. imperii de anno* 1566 §. 51. ubi Imperator MAXIMIL. II. inter alia fatetur, Nachdem ferner die anweſende Churfürſten Fürſten und Stände, auch der abweſenden

Räthe

Räthe und Botſchafter, die Verſehung und Beſtellung des Feld Obriſten Amts in Vorſtehender expedition und Kriegs Uebungen Uns gutwillig anheim geſtellet: ſo haben Wir ſolches von ihnen zu gnädigen danknehmigen Gefallen angenommen. conf. & LIMNAEUS in *Mantiſſ. ad capitul.* Ferd. II. p. 643.

c) vid. illuſtr. MASCOV. cit. l. § 33. ibique allegati receſſus. LONDORP. act. publ. Tom. IX. p. 254.

d) §. 55. (e) §. 31. (f) art. 38.

g) MASCOV. cit. l. §. 24.

h) Die Grundveſte des H. Röm. Reichs P. III. c. 3. p. 222.

i) l. cit. §. 20. 23. & 30. Sect. I.

§ XXVI.

Stipendia Ducum militiae imperialis, aliorumque, qui huc ſpectant imperii officialium, nec non gregariorum, ab Imperatore & ſtatibus imperii ſunt determinanda; & tam haec, quam etiam commeatus, arma, veſtes, ceteraque, quibus milites, ad ſui conconſervationem, & defenſionem, opus habent, copiis auxiliaribus a ſtatibus imperii praeſtanda ſunt. Imperator vero nec horum, nec aliorum ſumtuum cauſa, quos bella imperii requirunt, Steuras ſive collectas a ſtatibus imperii prout lubet, exigere valet; ſed horum antea requiritur conſenſus, & tam quantitas, quam modus, quo Steurae praeſtandae, Statuum conſenſu eſt determinandus. Propoſitiones in praeſenti contentae §pho tot *leges imperii ſcriptae* pariter, ac *ipſa obſervantia imperialis* extra omnem ponunt controverſiam. Quoad ſtipendia Ducum militiae imperialis, ceterorumque ejus praefectuum; & gregariorum, teſtimonii cauſa provocamus tantum *ad Receſſ. imperii Wormat. de anno* 1500. § 66. *de anno* 1521. § item haben wir uns mit ihnen *R. J. de anno* 1542. § 47. *Rec. J. Ratisbon. de anno* 1557. § 1. *porro ad R. J. Auguſt.* de anno 1566. §pho. Und haben wir &c. qui ſinguli veritatem aſſerti loquuntur. Idem & confirmatur: *per Concluſ.* 3. *Colleg. de anno* 1707. d. 12. Octobr. *& per placit. Imperii* de anno 1734. d. 16. April. in materia belli *quaeſtionem quomodo?* concernens, aliaque

perplura, quae apud Fabrvm, Londorpivm, Thvcelivm, alioſque actorum publicorum collectores, proſtant.

Imprimis autem in *Placito imperii cit.* de anno 1734. puncto 1*mo* inter alia cautum: daß weilen einen jeden Stande die Verſorgung der Seinigen ſo wohl im Felde als auf dem Marſche und in den Quartiren obliegt, er auch dieſelbe nicht allein mit den Lebens Mitteln ſondern auch anderen Kriegs-Nothwendigkeiten beſtmöglichſt zu verſehen; und an deren Ver- und Beiſchaffung keinen Mangel erſcheinen zu laſſen habe: und denen *in annis 1673. d. 6. Oʹr. 1674. d. 30. Iunii* und *1681. d.* 23ten *Maji* ergangenen Reichs-Schlüſſen gemäß, ein jeder Craiß ſein ihn zugetheiltes *quantum militare* oder Reichs *contingent* an Manſchaft und Pferden im Feld und in denen Quartiren, ꝛc. aus ſeiner eigenen Craiſ-Caſſe, ſo wohl mit Brod, Haber, Heu und Stroh *ordinantz* mäßig, als mit richtiger Bezahlung des Monathlichen Soldes durch ſein eigenes hierzu beſtimtes *commiſſariat* zu verſehen habe: item puncto 2*do* daß ein jeder Craiß 1 dreyviertel 4 halbe 3 einviertel Cartaunen wie ingleichen 3 Mörſer herzugeben habe ꝛc. und was das leichtere Geſchütz anbelanget, daß ſolches (ebenmäßig) ein jeder Craiß, abſonderlich nach proportion des hergegebenen Volcks ꝛc. ſamt aller benöthigten genugſamen Zugehör an *Ammunition*, Pulver, Stück und Musqueten-Kugeln herzuſtellen und mitzugeben ſchuldig ſeyn ſolle. ꝛc. quod *principum Placitum* ab Imperatore poſtea confirmatum (ut alia ſexcenta jam taceam), ſatis declarat, ſtipendia, arma, commeatum, veſtes, ceteraque, quibus milites ad ſui conſervationem & defenſionem opus habent, copiis auxiliaribus

Digitized by Google

bus ad Exercitum Imperialem a ſtatibus imperii miſſis, ab hiſce eſſe ſolvenda, atque praeſtanda.

Quod denique ad *ſteuras* ſive *collectas* imperii attinet, non ſolum harum intuitu competit ſtatibus imperii, jus ſuffragii, vi *Inſtr. Pac. Weſtphalicæ.*(§. XVIII.) ſed *& per Capitul noviſſ.* art. V. §. 2. expreſſe ſancitum eſt. Daß die Steuren und dergleichen An- und Auflagen, es ſey zu Kriegs, und zu Friedens-Zeiten auch in zugelaſſenen und unverzuglichen Fällen, anders nicht als mit Rath Wiſſen, und Verwilligung der Churfürſten, Fürſten, und Stände angeſetzt werden ſollen, ex quibus ſatis etiam patet, ultima §i hujus propoſitio.

Concluſum 3. colleg. de anno 1703. ut & *Placitum imperii* de anno 1734. quæ in § hoc allegavimus, exſtant apud Fabrum. a) Stipendia Ducum militiae imperialis Statuum imperii conſenſu, eſſe determinanda, imprimis patet ex iis, quae hac de re, apud Londorpium proſtant. b) Factum vero nonnunquam eſſe, quod Imperator ſolus, vel etiam Rex Romanorum ſalarium Duci militiae imperialis ſupremo ſoluturum, in ſe ſuſceperit *Receſſ. imperii de anno* 1541. teſtatur. c) *De quantitate* Stipendiorum tam Ducum, quam gregariorum conf. Mascovium. d] Ad *ſteuras imperii*, & quidem *generales*, quales dicuntur quarum ſolutio omnibus imperii membris incumbit, quod attinet, notum eſt aliunde, illas duplici modo præſtari; vel *ſecundum menſes Romanas* (nach den Römer-Monathen) *vel ſecundum circulos.* e] Temporibus Fried. III. & Maximiliani I. ſingularis obtinebat modus, quo quilibet pro facultatum ſuarum ratione contribuere obſtrictus, *communis denarius* [der gemeine Pfennig] propterea dictus. f] Dudum vero hic modus in deſuetudinem abiit: & modi, qui hodie frequentantur, ſunt antea dicti. In bello anno 1703. adverſus gallos geſto, modus pecuniæ ſecundum normam de anno 1681. ad numerum militum, a quovis circulo præſtandorum, reſtrictus;

&

& conventum eſt, ut in ſingulos equites 2. floreni & in pedites 40. Crucigeri computarentur. *Repartitionem* per circulos tum factam, docet tabula, in notis exhibita. g] Econtrario in bello anno 1734. contra Gallos itidem geſto, alter placuit modus, & ſumtuum bellicorum cauſa, ſumma 30. menſium romanarum [quarum quælibet ſummam circiter 50000. thal. conſtituit] a ſtatibus imperii determinata eſt. h] At! At! quam negligentes nonnulli ſint ſtatus imperii, in præſtandis collectis, rationes in comitiis exhibitæ docent. i] Variæ quidem, eæque ſat graves exſtant in J. R. G. ſanctiones, ſecundum quas, ſtatus ad Steuras debitas præſtandum adigendi. Verum enim vero, quanti ſint effectus, ignotum poteſt eſſe nemini.

a) Tom. XII. & Tom. LXIIII. p. 434. & ſeq.
b) Tom. IX. p. 257.
c) ubi inter alia ſequentia occurrunt. Ferner als Unſer lieber Bruder der Römiſche König bewilliget, gemeldete Stande mit einer Beſoldung eines Obriſten [Dux militiae Imp. ſupremus intelligitur] nicht zu beſchweren, ſondern denſelben zu unterhalten. conf. *illuſtr.* a BEVST. *obſerv. milit.* Tom. I. obſerv. XXXVII. §. & XXXVIII.
d) cit. I. §. 21. & 30.
e) vid. illuſtr. a GVNDERRODE Abhandelung des Teutſchen Staats Rechts *Lib. VII. cap.* 5. §. 12. plura quoque dabit, MAVRITIVS in diſſert. *de matricula*, & STEIN de *matricula imperii noviſſima.*
f) vid. SWEDERI *Jus publ. Part. ſpect.* Sect. I. C. XXVI. §. 9.
g) quae ſequens fuit.

	Flr.	Creutz.	Pf.
Der Churreinſche Craiß gab	21130	51 -	2
Ober Sachſen	31271	58	5
Oeſterreich	61278	4	2
Burgund	31271	58	5
Franken	22696	47	6
Bayeren	18252	9	9
Schwaben	31271	58	5
Ober Rein	20282	14	5
Weſtphalen	31271	58	5
Nieder Sachſen	31271	58	5
Summa	300000	5.	

vid.

vid. FABR. Tom. XII. p. 492.
h) Die Staats Canzley Tom. LXIIII. p. 461. & 465.
i) vid. illuſtr. ESTORS Practiſche Vorſtellung §. 27.

§ XXVII.

Summa pecuniarum ad ſuſtentandum exercitum imperialem, ceterosque ferendos ſumtus bellicos, ab imperii ſtatibus collectarum; *Aerarium militare imperii* (die Reichs-Kriegs- oder Operations-Caſſe) conſtituit; hinc patet, *aerarium militare imperii, Electorum, Principum, ceterorumque imperii ſtatuum conſenſu erigendum eſſe.* (§ antec.)

Quænam ſit ratio *armamentariorum, granariorum*, aliarumque rerum, quas imperialis exercitus deſiderat, ex § antec. ſimul haud difficile poteſt colligi. a] Notamus adhuc tantum, olim peculiares *Inſpectores aerarii militaris* imperii, qui imperio juramentum præſtabant, conſtitutos fuiſſe, [Pfennigmeiſtere, vel Obriſt-Pfennigmeiſtere dictos] b] quod tn. in bello anno 1712. adverſus Gallos geſto, aliter ſe habuit; ſiquidem in hoc, *cura aerarii militaris imperii* primum *Magiſtratui Francofurtano*, & poſtea *mercatori collybiſtae*, conceſſa. c] Quomodo hæc ſe habuerint, in bello imperii de anno 1734. vid. FABER. d]

a) conf. hac de re *Placitum imperii* d. 16. April. anni 1734. §. antec. cit. quod omnem huic rei lucem affundit vid. quoque illuſtr. a GVNDERRODE l. cit. §. 18.
b) *vid. Receſſ. Imp. de anno* 1641. §. 35. MASCOV. cit. l. §. 35.
c) Staats Canzley Tom. IX.
d) Tom. LXIV. p. 461. & ſeq.

§. XXVIII.

Leges militares (Kriegs Geſetze, *articuls*-Briefe ꝛc.) *militiae imperialis, ab Imperatore & ſtatibus imperii, condendae; eidemque praeſcribendae ſunt.* Veritas hujus propoſitionis praeter alias perplures imperii leges, lu-

culenter adparet *ex Receſſ. imperii Auguſt. de anno* 1555 §. 48. *& ſeq.* ex verbis: Derowegen Wir dann auch dieſe gemeine Reichs Beſtallung, und Articuls-Brief auf gemeine des Reichs Brauch mit Rath und Zuthun der Reichs Stände, und Botſchafften ſtellen und begreifen laſſen. Sub vocabulo der Articuls-Briefe nil aliud autem quam *leges militares* intelligi, non ſolum ex contextu hujus receſſus patet, ſed *& p. receſſ. imperii Ratisbon.* de anno 1576. § 50. & 51. extra omnem ponitur controverſiam; notiſſimumque eſt. Eandem hanc theſin & probat *R. J. de anno* 1570. §. damit dann auch; ut alia jam ſilentio praetermittam.

Imperator laudatiſſimus MAXIMIL. II*dus* in *comitiis Spirenſibus* leges condidit militares; easque non ſolum *equitibus* [quas vulgo die Reuter-Beſtallung] ſed & *peditibus* [quas die Fuß-Knechts-Beſtallung ſive Articuln auf die Fuß-Knechte adpellant] præſcripſit; a] quæ baſin legum militarium recentiorum, quoad militiam imperialem, plerumque conſtituunt. Quodſi vero leges ſcriptæ militares deficiant, duci integrum eſſe, adhibito bellico conſilio, easdem ſupplere, exemplo M. Brittanniæ Regis, ductus, MASCOVIUS ſtatuit. b] *De diſciplina militari* in ſpecie, vide eundem MASCOVIUM. c]

a) LUNIGS *Reichs-Archiv.* P. gen. Tom. I. p. 393. ſeq.
b) cit. l. ſect. II. §. ult. pluribus hac de re diſſer. STRYCK in diſſ. *de jure militiae imperialis.*
c) cit. l. Sect. II. §. 9. PFEFFING. in Vitr. illuſtr. L. 3. tit. 3. ad n. 4.

§. XXIX.

Fortalitia per imperium nec nova exſtruere nec vetera, collapſa reparare, eaque præſidiis firmare, Imperator ſolus poteſt; quin potius ſtatuum Imperii ad hoc opus eſt conſenſu. Etenim non ſolum *vi Inſtrum. Pacis Osnabrug.* ſtatibus

impe-

Digitized by Google

imperii jus ſuffragii & hac in re conceſſum (§. XVIII.) ſed & in *capitul. noviſſ.* art. IV. §. 6. expreſſe ſancitum. Jedoch ſollen und wollen wir ꝛc. in deren Churfürſten Fürſten und Stände Landen und Gebieth keine Veſtungen vom neuen anlegen oder bauen. & §. 4. ejusd. art. exſtant verba: Dagegen wollen Wir unſeren eigenen Kriegs-Rath nicht geſtatten über der Reichs-Veſtungen zu diſponiren & quae plura ſunt alia, quae veritatem hujus §*phi* ſexcenties loquuntur.

Præſens propoſitio non ſolum valet de fortalitiis in ſtatuum imperii territoriis exſtruendis, vel reparandis, ſed de ipſis etiam *fortalitiis imperii*, e) quo pertinent fortalitium *Philippoburgenſe & Keblenſe.* Sæpius horum in actis publicis mentio fit b) & incredibile fere eſt, quantos abſumant ſumtus: ab imperio contribuendos. c)

a) vid. illuſtr. a GVNDERRODE l. cit. §. 10. illuſtr. a BEVST. in obſerv. milit. Tom. 1. obſerv. XLI. §. 11 PFEFFINGERVS l. cit.
b) e. gr. in der Staats Cantzley Tom. LXII. C. XIV. LXIII. cap. XIV. Tom. LXIV. c. X. p. 615. & ſeq.
c) conf. h. de re *illuſtr.* ESTORS Praktiſche Vorſtellung &c. p. 22 & 23.

§ XXX.

Tranſitus, (durch-marche) *Hoſpitationes,* (Einquartirungen) *ut & hiberna* (Winter-Quartiere) *militiae imperialis, Imperator ſolus prout lubet, quoad ſtatuum imperii territoria ordinare nequit, ſed ſtatuum imperii ad hoc quoque requiritur conſenſus.* Propoſitio haec pariter non ſolum patet ex iis, quae *in Inſtr. Pacis Osnabrug.* hac de re diſpoſita (§. XVIII.) ſed & ex iis, quae *in capitul. noviſſima* art. IV. §. 9. & ſeq. exſtant. Verba, quae huc imprimis pertinent, haec ſunt. Wir wollen auch keine Ein-

Digitized by Google

quartirungen im Reich, ohne vorhergehende Einwilligung derer Churfürſten, Fürſten, und Stände, ausſchreiben, oder machen; auch überdas zu keiner Zeit keinen Stand des Reichs mit Einquartirungen, und dergleichen Kriegs-Beſchwerungen belegen; quod & § 15, & 16. *ejusd. art.* ulterius adhuc determinatum & confirmatum eſt: ex quibus ſatis patet §phi hujus veritas.

Idem valet non ſolum quoad Exercitum imperialem, ſed & quoad copias Imperatoris proprias. Quodſi enim imperator copias ſuas per ſtatuum territoria ducere opus habeat, præmittere debet hunc in finem *literas requiſitoriales*, ad circulos, vel ſtatus imperii directos, quarum perplures in actibus publicis occurrunt. a) Quam ſalutares in Imperio exiſtant leges, ſecundum quas tranſitus, hoſpitationes & hiberna militum, dirigenda, docet illuſtr. a GUNDERRODE. b) Verum enim vero quomodo *in praxi* hæc ſe habeant, vid. illuſtr. MOSER. c)

a) Exempla vide in der Staats Cantzley Tom. LXIII

b) in der Abhandlung des Teutſchen Staats Rechts Lib: VII. c. 5. § 16.

c) in den Grundriß der heutigen Staats Verfaſſung Lib. 4. cap. 23. § 15.

§ XXXI.

Pertractatis jam potioribus juris Belli J, R. Germ. capitibus, quæ ad *inchoandum & inſtruendum* bellum imperii imprimis pertinent; reſtant adhuc ea, quæ circa *bellorum imperii directionem ac finitionem* verſantur. (§ XII.) Quamvis autem quod ad ultimum attinet, præter alias imperii leges, *in capitul. noviſſima* art. IV. § 2. diſtincte ſatis ſit cautum, quod Imperator ſolus bellum Imperii ſubortum *finire, ſicque Pacem ſine ſtatuum conſenſu condere* nequeat; doctrina tamen de directione bellorum imperii tam ampla, atque diffuſa eſt, ut paucis ita explicari nequeat. Diſcernenda enim hac in re eſt, *directio juris belli, a jure dirigendi ejus exercitium*; nec non *directio univerſi belli,* a *directione exercitus imperialis*;

Digitized by Google

ſis; quo facto demum vera hujus rei ratio in J. R. G. determinari poteſt. Sed peculiari opus eſt diſſertatione ad ea ſolide evincenda atque pertractanda, quæ huc pertinent, idque eo magis, cum doctrinam hanc hactenus, quantum ego quidem ſcio, pro materiæ dignitate acurate pertractaverit nullus.

Reſervamus eandem igitur alii occaſioni, cum jam jam circumſtantiæ noſtræ hoc nobis non permittant. Ex hactenus autem dictis ea, quæ in ſubſequentibus dicenda, ſponte fluunt. Lubet autem hunc in finem, generalem jurium Majeſtaticorum J. R. G. præmittere diviſionem.

§ XXXII.

Jura Majeſtatica J. R. G. ſunt vel *reſervata Imperatoris*, qnalia dicuntur, quae Imperatori privative competunt: vel jura *collegialia ſtatuum imperii*, quae collegio cuidam ſtatuum imperii (§ VII.) privatiue itidem competunt; vel *mixta*, ad quorum exercitium Imperator & ſtatus imperii concurrunt. Haec vero iterum ſunt vel *jura Imperatorio-Electoralia*, ad quorum exercitium Imperatoris & collegii tantum Electoralis; vel *comitialia*, ad quorum exercitium Imperatoris & omnium Imperii ſtatuum conſenſus requiritur.

a) conf. PFEFFINGER. *in Vitr. illuſtr.* L. III. Tit. 1. §. 4 & Tit. III. §. 1. 2. & 3.

§ XXXIII.

Jus bellum imperii offenſivum decernendi, & incboandi, eſt jus comitiale; in caſibus ſubitis vero, quae moram non ferunt, ſit jus imperatorio-Electorale: quod tn. ceſſante in mora periculo iterum ſit comitiale. Ius bellum imperii defenſivum inchoandi, Imperatori quidem reſervatum; abſtineat tn. a mediis, quae in detrimentum imperii vergunt. Etenim Imperator bellum, imperii offenſivum ſolus ſuaque aucto-

ritate decernere, & inchoare nequit (§ XX.) ſed Statuum imperii adhoc requiritur conſenſus. Jus ergo bellum imperii offenſivum decernendi, & inchoandi tale eſt, ut ad ejus exercitium (§ 653. *Tom. III. I. N.*) Imperatoris & ſtatuum imperii requiratur conſenſus, & conſequenter eſt jus comitiale (§ antec.)

Quoniam vero in caſibus ſubitis, quando periculum in mora, ad bellum imperii offenſivum decernendum, & inchoandum, Electorum ſaltem adhibendus conſenſus; (§ XXI.) hinc ſub hac hypotheſi, jus bellum imperii offenſivum decernendi, & inchoandi, eſt Jus Imperatorio-Electorale (§ antec.) Enimvero cum ceſſante in mora periculo, omnium denuo imperii ſtatuum hac in re requiratur conſenſus (§ XXI.) hinc & ceſſante in mora periculo jus bellum imperii offenſivum inchoandi iterum fit comitiale (§ antec.)

Quod vero ad bella imperii defenſiva attinet, Imperator haec ſolus, & citra ſtatuum imperii conſenſum inchoare valet (§ XX.) competit ei ergo hoc jus, etiam excluſis ſtatibus imperii, adeoque *privative*: quae jura cum reſervata Imperatoris dicantur (§ XXII.) jus bellum imperii defenſivum inchoandi, Imperatori eſſe reſervatum, dubitare poterit nullus. Enimvero cum Imperator bellum imperii defenſivum, ſub hac debeat inchoare reſtrictione, ut abſtineat a mediis, quae in detrimentum imperii vergunt, (§ XX.) hinc patet propoſitionis veritas.

a) conſentiunt mecum PFEFFINGERVS *in Vitr. illuſtr.* L. III. Tit. 3. ad §. 5. ibique magno numero allegati DD.

§. XXXIII.

Digitized by Google

§ XXXIII.

Jus exercitum imperialem in imperio conſcribendi; Duces militiae imperialis, ceteroſque, qui huc ſpectant imperii officiales eligendi, conſtituendi; eosque, quae tales, ut & gregarios omnes, juramento obſtringendi; nec non ſtipendia horum, ceteraque omnia, quae ad inſtruendum bellum imperii, ſtatus imperii contribuere debent, determinandi, ſunt jura comitialia. Ex iis enim, quae § XXIII. XXIV. XXVI. XXVII. XXVIII. &c. his de rebus latius deducta, luculenter adparet, ad exercitium horum jurium Imperatoris & ſtatuum imperii requiri conſenſum: qua propter, cum jura iſtiusmodi comitialia dicantur (§ XXXII.) ſingula haec jura comitialia eſſe, extra omnem eſt controverſiam.

Conſentiunt iterum plurimi DD. ex quibus PFEFFINGERUM a) SWEDERUM b) jam allegaſſe ſufficiat. Sed quæritur? Suntne hæc jura, quorum mentio in § præſ. facta; quæque quæſtionem quomodo? concernunt in caſu neceſſitatis, prout jus bellum imperii decernendi (§ antec.) jura Imperatorio Electoralia? Dantur, qui hoc affirmare videntur, ex quibus STRYCKIUM, c) hic allegaſſe ſufficiat. Sed quo fundamento? ego non video! cum non ſolum in capitulatione d) contrarium expreſſis verbis diſtincte ſit cautum ſed & ipſi Electores plus una vice idem fateantur. e)

a) *in Vitr. illuſtr.* I. c:
b) *in introduct. in J. P. Part.* ſpec. Sect. I. c. 26.
c) in diſſert. *de jure militiae imperialis.* cap. II. §. 9.
d) art V. §. 2. *Inſtrument. Pacis Osnabrug.* art. VIII. §. gaud.
e) liceat nobis huc referre *reſponſum Electorum in convent. colleg. Ratisbon.* d. anno 1630 d. 19 Junii; quae *ad punctum* 3 de adhibendis contra Hollandorum molimina remediis, ſequentis tenoris ſunt. Was aber desfalls vor Mittel an die Hand zu nehmen; inſonderheit wie denſelben, (batavis nimirum) mit Kriegs Macht zu begegenen ſeyn möchte, darüber wiſſen ſich die anweſende Geſandte, als

als in einer das gantzen H. R. Reichs, und alle deſſen Stände berührende Sache ꝛc. für ſich abſonderlich, ungehindert ihre Mitſtände nicht beſtändiges zu erklähren (adita ratione) den weil hirzu aller Beyſtand und Hülfe vonnöthen, ſo müſſen dieſelbe auch billig darüber gehöret werden: vid. LONDORP. act. publ. Tom. IV. Lib. I. c idem adhuc magis confirmatur, *per reſponſum Electorum ad propoſit. Caeſ. in convent. Norimbergenſi* d. anno 1640. quod exſtat apud. eundem LONDORPIVM. cit. I. p. 797. ubi verba. Ueberdieſes ſehen auch der Hochlöbl. Churfürſt. Räthe und Abgeſante nicht, wie dasjenige was ihre Kaiſerl. Majeſtät durch Dero Abgeſanten der Kriegs Mittel halber haben ſuchen und proponiren laſſen, mit rechten zu Beſtand berathſchlagen, und wen ſchon was bedacht und beſchloſſen werden möchte; hernach zu einigen Effect zu bringen wäre: Da das Churfürſtl. Collegium ſolches alleine vor ſich ohne Zuziehung anderer Stände vornehmen, und ſich darüber was entſchließen wolte.

§ XXXIV.

Ius leges militares exercitui imperiali praeſcribendi; tranſitus ejusdem per territoria ſtatuum imperii; nec non hoſpitationes atque hiberna ejusdem ordinandi; pariter ac jus fortalitia imperii nomine exſtruendi, veteraue reparandi, eaque praeſidiis firmandi, ſunt jura comitialia. Etenim vi §phorum XXVIII. XXIX. XXX. ad exercitium horum jurium Imperatoris & ſtatuum Imperii requiritur conſenſus. Sunt ergo jura comitialia. (§ XXXII.)

Quomodo hæc jura in praxi ſe habeant, praeter alios, docet *illuſtr.* ESTOR in der Practiſchen Vorſtellung der Rechte und Geſchäfte &c. c. 2. § 46. & 4. conf. etiam illuſtr. a GUNDERRODE in der Abhandelung des deutſchen Staats-Rechts. l. cit.

§ XXXV.

Ius, militiae imperialis ſuſtentationis, ceterorumque ſumtuum bellicorum cauſa, ſteuras ſive collectas per imperium exſcriben-

Digitized by Google

ſcribendi; nec non granariorum, & armamentariorum pro exercitu imperiali, quae a ſtatibus imperii fieri debet, erectionem determinandi & ordinandi ſunt jura comitialia. Patet hoc ex §*phis* XXVI. XXVII. ubi evictum, ad exercitium horum jurium praeter Imperatoris & ſtatuum imperii requiri conſenſum. Sunt ergo jura comitialia. (§ XXXII.)

Et ſic paucis etiam determinavimus, ad quam claſſem jurium majeſtaticorum, jura in jure belli contenta, quae in antecedentibus latius deducta, in J. R. G. pertineant. Reſtat, ut in capite præſenti, de modo & ratione, qua jura hæc in Imperio exercenda, generaliter adhuc quædam diſſeramus. Præmittimus hunc in finem §. ſeq.

§ XXXVI.

Comitia Imperii in genere vocamus conventus imperii Statuum, jura majeſtatica exercendi cauſa inſtitutos: quaeque, prout ipſa jura Majeſtatica, in varias abeunt claſſes (§ XXXII.) Et ſunt imprimis vel *univerſalia*, quae jurium comitialium; vel *Imperatoria-Electoralia*, quae jurium imperatorio-Electoralium exercendorum cauſa, inſtituuntur.

Præter comitia tam univerſalia, quam Imperatorio-Electoralia, quæ huc præſertim in cenſum veniunt, obtinent adhuc in imperio *comitia Electoralia* (Churfürſten-Täge) *Principum* (Fürſten-Täge) *Praelatorum* (Prälaten-Täge) *comitum*, atque *civitatum* imperii: de quibus ſolide egit illuſtr. a GUNDERRODE.

Quod ad comitia imperii *univerſalia* attinet, ex notione jam data quilibet facile colliget, ſingulos imperii ſtatus ad ea eſſe vocandos, qui, uti ſupra jam monui, tria in iisdem conſtituunt collegia (§ VII.) Non autem opus eſt, ut ſtatus abſciſſe in perſona compareant, ſed ſufficit, ſi legatos ad ea mittunt: qui

vices ſuas in iisdem adminiſtrent. Comitia imperii univerſalia ab Imperatore indicenda; eaque, quae in comitiis in deliberationem ducenda, ab Imperatore, vel ejus loco, a Commiſſario ab Imperatore ad hoc conſtituto, *proponenda*; omniaque ab Electore Moguntino *dirigenda eſſe*, ignotum eſſe poterit nemini, niſi, qui penitus jurispublici ignorat doctrinas. Plura hac de re dabunt CONRINGIVS, a) WAGENSEIL, b) BRVNNEMANN, c) & quae his recentior eſt commentatio eleganter & ſolide ſcripta. V. A. JCti egregii Dn. Königs. d)

*) *in* der Abhandelung des deutſchen Staats-Rechts. Lib. IV. cap. V.

a) in diſſert. *de comitiis imperii*:

b) in diſſ. *de comitiis imperii univerſalibus S. J. R. G.*

c) *de comitiis imperii.*

d) Abhandelung von den Reichs-Tägen. *De comitiis repraeſentatiis imperii ſeu conventibus deputatorum imperii*, iidem jam allegati Auctores, ut alios jam taceam, plura ſuppetitabunt. Sed jam ad rem.

§. XXXVII.

Ius belli I. R. G. in comitiis imperii eſt exercendum; & quaeſtiones tam an? quam quomodo? & quanti? quoad bellu imperii, in comitiis imperii ſunt decidendae. Etenim jura in jure belli Imperii contenta, ſunt jura majeſtatica, & quidem vel comitialia, vel ſaltem imperatorio-Electoralia (§. XXX. XXXIV. XXXV.) Quoniam vero uſus & obſervantia imperii exigit, ut tam iſta, quam haec, in conventibus imperii publicis hunc in finem inſtitutis, exerceantur (illuſtr. SCHMAVS *in compend. jur. publ.* Lib. II. cap. I. §. I. WAGENSEIL in diſſert. cit.) idem quoque valeat de juribus in jure belli J. R. G. contentis; adeoque & de ipſo jure belli, oportet. (§. XI.). Iam cum ejusmodi conventus, jura majeſtatica J. R. G. exercendi cauſa inſtituti, generali nomine

mine comitiorum imperii veniant (§. antec.) palam eſt, jus belli J. R. G. in comitiis imperii eſſe exercendum.

Enimvero non ſolum jus bella imperii decernendi & inchoandi, eſt jus comitiale (§. XXXIII.) ſed & jus determinandi ea, quae ſubſidiorum bellicorum loco, ad bella imperii gerenda, a ſtatibus imperii conferenda (§ xxxv.) ſiquidem horum conſenſu determinandum eſt, *quid?* & *quantum?* ad bella imperii inſtruenda gerendaque contribuere debeant. (§. XXVI.) Iam cum quaeſtio an? quoad bella imperii, ſit, qua quaeritur, utrum bellum imperii ſuſcipiendum, vel non: quaeſtio quomodo? vero, qua de modo, & mediis, quibus bella imperii gerenda; (§. XVI.) & quaeſtio quanti? denique, qua de quantitate tam militum, quam pecuniarum ab imperii ſtatibus ad inſtruendum & gerendum bellum imperii contribuendarum quaeritur [p. Schol. § xvi.] ſatis hinc patet, quaeſtiones tam an? quam quomodo? & quanti? quoad bella imperii, in comitiis imperii eſſe decidendas.

Jus belli in comitiis imperii exercendum eſſe, quod a priori jam demonſtravimus, expreſſis verbis etiam ſancitum eſt, in *capitulat. noviſſima, art. IV.* § 2. Ex hoc vero principio, infinitæ fluunt concluſiones, quas quilibet ipſe jam facile deducere poterit, qui doctrinam de comitiis imperii intelligit, modumque, quo negotia publica in iisdem tractantur, cognitum habet, atque perſpectum. (vid. § XXXVII. *in Schol. ibique alleg. Auctores.*) Quicquid enim de comitiis imperii, & modo, quo negotia publica in iisdem tractanda ſunt, in genere valet, ea omnia etiam de comitiis juris belli exercendi cauſa inſtitutis, & de modo, quo negotia bellica in iisdam tractanda, valeant neceſſe eſt. (§ 346. Logic, lat.)

Quamvis autem tali modo ampliſſimus nobis jam pateat campus, quo

quo facili negotio ea, quæ modum, quo jus belli imperii Rom. Germ. exercendum, concernunt, ſpecialius evincere poſſemus; lubenter tamen tam hujus rei, quam & jurium atque obligationum Imperatoris Statuumque imperii, quoad exercitium juris belli J. R. G. uberiorem ſcrutationem, jam jam omittimus.

Quoniam vero quæſtio an? quoad bella imperii defenſiva; nec non eadem quæſtio quoad bella imperii offenſiva in caſibus ſubitis inchoanda, univerſalitati prioris in § præſenti contentæ propoſitionis officit; hinc ſingula hæc, quæ hactenus latius deduximus, in § ſubſequenti accuratius determinabimus, & in uno §, velut concentrata exhibebimus.

§ XXXVIII.

Quaeſtiones tam an? quam quomodo? & quanti? quoad bella imperii offenſiva in comitiis imperii univerſalibus, vel ſaltem ſi periculum in mora, prior quaeſtio, in comitiis imperatorio-Electoralibus, decidendae. Quoad bella imperii defenſiva vero, Imperator & ſolus quidem jure gaudet, decidendi quaeſtionem an? non vero quaeſtiones quomodo & quanti? Cum enim jus bellum Imperii offenſivum inchoandi ſit jus comitiale (§ XXXII.) & in caſibus ſubitis, quando periculum in mora, fiat jus imperatorio-Electorale (§ cit.) jus autem determinandi quid? & quantum? ſtatus imperii, ad bellum imperii gerendum & inſtruendum conferre debent, ſemper & in omni bello ſit comitiale (§. XXXIII.) hinc ſponte fluit concluſio: quod quaeſtiones tam an? quam quomodo? & quanti? quoad bella imperii offenſiva in comitiis imperii univerſalibus, vel ſaltem ſi periculum in mora prior quaeſtio in comitiis Imperatorio-Electoralibus decidendae (§. XXXVI. XXXVII.) Quod vero ad bella imperii defenſiva

ſenſiva attinet, gaudet quidem imperator jure, tale bellum inchoandi; adeoque & decernendi (§. XXXIII.) & conſequenter decidendi quaeſtionem an? (§. cit.) non ideo tn. nec media, a ſtatibus imperii ad ejusmodi bella contribuenda, nec horum quantitatem ſine ſtatuum conſenſu ſolus determinare valet. (§. XXI. XXXIII.) Quapropter, quoad bella imperii defenſiva, Imperator gaudet quidem jure, decidendi quaeſtionem an? non vero quaeſtiones, quomodo? & quanti? (§. XVI.)

In gratiam eorum, quae hactenus dicta, ſequentes ad huc addere lubet propoſitiones; quibus caput hoc claudimus.

§. XXXIX.

In deliberationibus ſuper quaeſtione an? quoad bella imperii, eo deſpiciendum, an juſtae adſint belli gerendi cauſae; an tale bellum imperio conducat, & mitiora non reſtent: vel non. Si juſtae adſunt belli gerendi cauſae; ſi bellum imperio conducit; & mitiora non reſtant, bellum imperii eſt ſuſcipiendum & decernendum: ſecus, ſi non. Sic & in deliberationibus ſuper quaeſtione quomodo? LL. Imperii & obſervantia Imperialis praeſertim vero Ordinatio Executionis, & Inſtrumentum Pacis, tanquam normae generales colendae: & *in deliberationibus ſuper quaeſtione quanti? eo deſpiciendum eſt, ut ſufficientia determinentur media, quo finis bello imperii intentus obtineatur.* Etenim bella non niſi juſta, & quae ſalus atque ſecuritas reipubl. inevitabiliter exigit, gerenda ſunt (*p. pr. J.N.*) Enim vero bellum dicitur *juſtum*, cujus cauſae adſunt juſtae (§. 1110. *I. N. Tom. I.*), & bellum *conducit reipubl.* ſi ſalus atque ſecuritas ejus, bello tali promovetur, tumque *inevitabile* eſt, ſi mitiora non reſtant (*p. princ. I. N. conſ.* §. 981. *& ſeq. Tom. I.*) Patet ergo bellum imperii non niſi tum ſuſcipiendum, ſi cauſae

 ejus

Digitized by Google

ejus adſunt juſtae, ſi imperio conducit, & mitiora non reſtant. Qua propter in deliberationibus ſuper quaeſtione an ? quoad bella imperii, eo deſpiciendum eſſe, an juſtae adſint belli imperii cauſae, & an bellum ejusmodi imperio conducat; mitioraque non adſint: cumque ſi haec ita ſe habent, decernendum; & ſi contrarium adparet, rejiciendum eſſe, nemo non concedet.

Porro cum forma imperii Rom. germanici ſit irregularis, (§ XV.) adeoque ex legibus imperii publicis & obſervantia imperiali judicari debeat, quaenam ſit juris belli J. R. G. & jurium in eodem contentorum ratio: (§ XVI.) hinc & exercitium horum jurium legibus imperii, & obſervantiae imperiali accommodandum eſſe, ultro patet. In deliberationibus igitur tam ſuper modo, quam mediis, quibus bella imperii gerenda ad LL: imperii & obſervantiam imperialem eſt reſpiciendum, omniaque hiſce ſunt accommodanda. Jam cum *norma* dicatur, cui aliud accommodandum, (*p. def.*) & quaeſtio quomodo? qua de modo & mediis &c. quaeritur §XVI.] patet, in decidenda quaeſtione quomodo ? quoad bella imperii, LL. Imperii & obſervantiam imperialem tanquam normas eſſe colendas. Et cum *in capitul. noviſſima* art. IV. § 3. expreſſe ſit cautum: Dergleichen Reichs-Krieg ſoll alsdann nach Inhalt der Reichs-Conſtitutionen, Executions-Ordnung, und *Inſtrumenti Pacis* geführet werden ꝛc. ſatis apparet, ordinationem executionis, & Inſtrumenti Pacis, praeſertim tanquam normas, hac in re eſſe colendas. Cum autem hiſce legibus imperii non omnia, quae in bellis imperii obveniunt, expreſſe determinata ſint; patet, cur easdem *normas generales* tantum adpellaverimus.

Deni-

Digitized by Google

Denique cum & ſapientiae ſtudendum, (*p. pr. Philoſ. moral*) Sapientia vero exigat, ut pro finibus intentis ſufficientia determinentur media, (§ 678. *Pſychol rat.*) quo hic ex aſſe obtineantur; hinc & patet ultimae §*phi* propoſitionis veritas. Accedit, quod ſi inſufficientia belli gerendi ſunt media, finis bello intentus non ſolum non obtineatur, ſed & univerſa reſpubl. in magnam calamitatem detrudatur, cum ſic hoſtis victor ſuperiorque exiſtat.

§. XL.

Bello imperii in comitiis legitime decreto, ſtatibus imperii, neutras, prout lubet, ſervare partes, permiſſum non eſt. Dicitur quis *neutras ſervare partes*, quando ſe bello non immiſcet; jusque, vi cujus neutras ſervare partes licet, *jus Neutralitatis* dicitur. Quamvis autem jus neutralitatis nulli denegandum ſit genti; aliter hoc tamen ſe habet; ubi vel *foedus belli* cum una partium belliger: initum praeceſſit; (ſiquidem tum vi foederis a neutralitate recedendum) vel *LL. poſitivae*, quibus reſpublicae non omnino independentes (quales ſunt provinciae ſtatuum imperii §. VII.) adſtrictae; vel etiam *gentium ſyſtema*, inter ipſas liberas gentes, aliud exigant. Quod ad Imperium Rom. Germ. in ſpecie attinent; adſunt in imper. LL. poſitivae, quae ſtatuum imperii neutralitatem in bellis imperii legitime ſuſceptis prohibent, ex quibus *Receſſum Imp.* Ratisbon. de anno 1641. §. 86 & 87. jam allegaſſe ſufficiat, ubi inter alia ſequentia exſtant verba: Alſo ſetzen und ordenen Wir, daß nicht allein die von etlichen Ständen allbereits ungemaßte und unzuläßige hochſchädliche Neutralität ꝛc. gantz und zumahlen aufge-

aufgehoben ſeyn ſolle: Allermaßen wir ſolche hiemit, und in Kraft dieſes gänzlich aufheben: Sondern daß auch hinfühvo kein einiger Stand des Reichs wer der auch ſey ohne unſer Vorwiſſen und genehmhaltung ſich in dergleichen hochſchädlichen Neutralitäten nicht einlaſſen ſolle. Quae lex, ut alias jam taceam, veritatem aſſerti, ſatis confirmat.

Non deſunt quoque rationes intrinſecae, quae ſtatuum in bellis imperii neutralitatem prohibent. Bella imperii enim univerſum concernunt, & implicant imperium: (§. IX.) Et cum haec bella ſalutis atque ſecuritatis univerſi imperii cauſa gerenda (id, quod ex § antec. & § XIV. haud difficulter poteſt colligi) ad hanc autem promovendam, quilibet imperii ſtatus obligatus ſit: hinc & ſingulis imperii ſtatibus incumbit obligatio, bellica ſubſidia, quibus ad bella imperii gerenda, opus eſt, contribuendi. Cum vero *obligatio* ſit neceſſitas agendi (§ 118. *Philoſ. pr. univerſ. Tom. I.*) inde ſatis conſtat, ſtatibus imperii liberum, adeoque permiſſum non eſſe, utrum bello imperii ſe immiſcere, & conſequenter neutras ſervare partes velint: vel non. Propria ſalus atque ſecuritas quemlibet obligat imperii ſtatum, ut arma contra hoſtem communem arripiat. Fieri tn: ſolere, ut non nunquam quidam imperii ſtatus, ob rationes ſingulares ab hac obligatione liberentur, acta publica teſtantur. *)

Plura de his vide apud illuſtr. A BEVST, a) MASCOV. b) cum quibus junge CARPOVIVM c) & FRANKENSTEIN. d) KEMMERICH. e)

*) conf. a BEVST. cit. lib. Tom. II. obſerv. CLV. §. 3.
a) In obſerv. milit. T. 1. obſ. XLIX.
b) cit. l. §. 29.
c) Reflexions ſur les Droits de la Neutralite.
d) De Neutralitate.
e) De Neutralitate ſtatuum imperii in bello imperii illicita.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT III.

DE JVRE BELLI J. R. GERMANICI, IN INTERREGNO.

§ XLI.

Interregnum J. R. G. dicitur is J. R. G. ſtatus, quo Imperatore caret.

Complectitur igitur interregnum omne temporis ſpatium a finito regimine unius Imperatoris usque coeptum regimen alterius. a) Ab interregno diſtinguimus illum Imperii ſtatum, quo adeſt quidem Imperator, cui adhuc competit praeſens jus jura majeſtatica Imperii dirigendi, qui vero vel nequit (v. gr. propter morbum, abſentiam) vel non vult, exercere imperium.

a) vid. SWEDERI Introduct. in Jus publ. Parte ſpec. cap. XXX. § 1. Europäiſcher Herold, P. 1. p. 141. & 143.

§ XLII.

Interregnum ergo in imperio R. G. toties contingit, quoties imperatoris finitum eſt regimen, (§ antec.) *nec Rex Romanorum in anteceſſum electus,* quippe qui ſtatim finito praeſentis imperatoris regimine in ejus ſuccedit locum.

Propoſitionem hanc demonſtratam dedit JCtus eximius, Illuſtr. NETTELBLADT, in elegantiſſima jamjam cit. diſſert. a) & in genere notandum, quod in *omnibus regnis electivis* toties oriatur interregnum, quoties imperantis unius finitum eſt regimen, nec imperans futurus in anteceſſum electus, qualis *Rex Romanorum* in Imper R. Germ. eſt. Hinc dudum jam in Imper. invaluit paroemia: Wenn der Kaiſer ſtirbt, ſetzet ſich der König in den Sattel. b) *In regnis ſucceſſivis* vero, tum demum interregnum contingit, ſi familia regnatrix talis eſſe deſinit; quod ordinario exſtincta ſtirpe familiae hujus contingere, notum eſt.

a) de jure Imperatoris, vicariorum &c. circa quaeſtionem an I. in Electione Regis Rom § 41.

b) Hertius in proemiis juris Lib. II. p. 1. conſ. Speneri Jus.publ. Lib. IV. Cap. X. § 9. n. a.

§ XLIII.

Imperium Rom. Germanicum, contingente quamvis interregno, jura Majeſtatica non amittit; ſed tam ipſa jura, quam jus illa exercendi, ſi ſalus atque ſecuritas imperii exercitium eorundem requirit, retinet; Quamvis enim J. R. G. in interregno imperatore careat (§ XLI.) non ideo tn. deſinit eſſe reſpublica; ſed manet ſocietas, ſalutis atque ſecuritatis publicae promovendae cauſa, conſociata; adeoque retinet & in interregno jura, quae omni neceſſario competunt reipublicae, & ſine quibus reſpublica nulla ſubſiſtere poteſt. Jam cum nulla eſſe poſſet reſpubl., ſine imperio civili, & in eodem contentis juribus majeſtaticis, quippe ſine quibus ſalus atque ſecuritas publica obtineri nequit; (*p. ppia iur. publ. univerſ.*) hinc & imperium Rom. Germ. imperium civile, & quae in eodem continentur jura majeſtatica, in Interregno retineat, oportet.

Cum ergo imperium Rom. Germ. ideo in interregno retineat imperium civile, juraque majeſtatica, quoniam alias ſalus atque ſecuritas ejus publica promoveri, & obtineri nequit. (*p. jam deducta.*) ſalus atque ſecuritas reipubl. tum autem per jura majeſtica promoveatur, ſi haec legitime exerceantur; [§ 653. Tom. III. J. N.] palam eſt imperium Rom. Germanicum in Interregno non ſolum ipſa retinere jura majeſtatica, ſed & jus ea exercendi, ſi ſalus atque ſecuritas J. R. G. exercitium eorum exigit,

Praeſens

Digitized by Google

Praeſens demonſtratio obſcura eſſe poteſt nemini, qui aliquali juris publ. univerſalis, & imperii noſtri ſpeciatim, notitia inſtructus. Omnia eo redeunt, *quod Imperium Rom. Germanicum, prout reſpublicae in genere, in interregno non deſinat eſſe reſpublica.* Poſito autem hoc, Imperio Rom. & in interregno, omnia ea attribuenda ſunt jura, quae cum idea reipublicae inſeparabiliter ſunt connexa. Quare cum *reſpublica* ſit ſocietas, ſalutis atque ſecuritatis publicae promovendae cauſae, inita [*p. definit.*] *Imperium civile* autem, & quae in eo continentur jura majeſtatica, ſint jura, quibus ſalus atque ſecuritas reipul. promovenda, [*p: pr. juriſpubl. univerſ.*] quin in interregno, jura majeſtatica J. R. G. competant, dubitare poterit nullus. Retinet vero Imperium non ſolum ipſa jura, ſed & jus ea exercendi. Salutem atque ſecuritatem reipublicae enim juribus majeſtaticis non aliter actu promoveri poſſe, niſi haec legitime exerceantur, vel ipſae ontologicae veritates loquuntur.

§ XLIIII.

Quum Imper. R. G. & in interregno retineat jura majeſtatica, jusque ea exercendi, ſi ſalus atque ſecuritas publica ita exigit (§ antec) ad iura maieſtatica J. R. G. autem pertineat ius belli (§ XIV.) extra omnem dubitationis aleam eſt poſitum, *quod etiam Imperium Rom. Germ. in interregno jus belli retineat; jusque illud exercendi, ſi ſalus atque ſecuritas publ. exercitium ejus exigit.*

Et cum ius belli conſiſtat in iure bellum adverſus alios gerendi, eaque ordinandi & determinandi, quae ad juris ſui perſecutionem & defenſionem vi bellica faciendam pertinet, (§. XI.) palam eſt *Imperium Rom-Germ. & in interregno non ſolum bellum imperii adverſus alios gerere; ſed & ea, quae ad bellum gerendum requiruntur, determinare & ordinare poſſe.*

Digitized by Google

Noſtra jam eo vergit intentio, ut oſtendamus, quaenam juris belli univerſalis J. R. G. in interregno ſit ratio; cui hoc competat; & quid tam circa quaeſtionem an? quam quomodo? & quanti? quoad bella imperii in interregno ſuborta, juris ſit. Cum vero LL. imperii ſcriptae [quantum ego quidem ſcio.] nil certi hac de re expreſſe definiant; & obſervantia imperialis quoad bella imperii in interregno, vel nulla, vel admodum certe mança & dubia exiſtat; [ſiquidem nullum adhuc exemplum omni exceptione majus belli imperii ſolemnis, in Interregno ſolemniter decreti & geſti reperire potui,] omnia hac de re dicenda, ad analogiam juris, & argumenta ex LL. ducenda, adhibito in ſubſidium jure publ. univerſali, [§ xv.] recedire, palam eſt. Ex hisce igitur principiis ea, quae de jure Belli Imper. R. G. in interregno, dicenda, in ſubſequentibus determinabimus. Quamvis autem in tanta bellorum particularium copia, quae imperium in interregnis proh dolor! experta, nullum exemplum belli imperii in interregno ſolemniter decreti, geſtique, nobis hactenus ſit cognitum; non tamen laborem noſtrum ideo ſupervacaneum putamus; cum poſſibilitatem hujus rei, quam & ultimum docet interregnum, in dubium vocare poterit nullus. Jura vero quosvis concernere caſus poſſibiles, certiſſimum juris axioma eſt.

§. XLV.

Vicarii Imperii R. G. dicuntur, qui in interregno exercitium jurium Majeſtaticorum J. R. G. dirigunt.

Supra jam obſervavimus, eam eſſe imperii R. G. conditionem, ut vices Imperatoris in interregno vicarii imperii ſubeant & adminiſtrent. (§. VII.) Cum enim, teſte temporum hiſtoria, funeſtiſſimæ calamitates interregna plerumque concomitare ſoleant; (id quod Germania noſtra ab interitu Friderici II. imprimis experta a) dudum jam ſapienter in Imperio eſt cautum, b) ut contingente interregno, principes quidam tanquam Pro-Reges imperio præſint, qui Imperatoris ſubirent vices, easque tamdiu adminiſtrarent, donec novus

Digitized by Google

novus conſtitutus imperator. Hi vero Principes ſunt, quos *vicarios imperii* vocamus; quique varie nominantur c). Cum his vero vicariis imperii non confundendi ſunt *vicarii imperatoris*, quales ſunt qui imperatore, vel impedito vel nolente (§. XLI. *in ſchol.*) regimen in Imperio adminiſtrant. Et olim quidem Imperatores vicarios hos conſtituere poterant, quos volebant, quod vero recentioribus temporibus aliter ſe habet. Cautum enim eſt in capitulationibus novior: d); ut vicarii Imperii eſſe etiam debeant vicarii Imperatoris, ſi Imperator ipſe ſibi vicarium conſtituere velit.

Vicarii tam imperatoris, quam Imperii generali nomine, *vicariorum regiminis imperii* adpellari poſſunt e), quorum hi *ordinarii*, iſti *extraordinarii* a DD. juriſpl. vocantur f] Vicarii Imperii *ordinarii* ſunt ſecundum Aur. Bullam *Elector Palatinus*, & *Elector Saxoniae* g]; Accidiſſe vero, ut *Elector Bavariae vicariatus Palatini* particeps ſit factus, notum imo notiſſimum eſt h].

a) vid. LEHMANNS Speieriſche Chronik, Lid. IV. c. 4. fol. 245. & Lib. V. fol. 540

b) idque imprimis p. Aur. Bull. Caroli IV. in qua praeter, alias maxime ſalutares diſpoſitiones, & haec Tit. V. expreſſe ſancita.

c) in Aurea Bulla dicuntur & *Proviſores imperii* vid. Tit. 5. § 1. quam denominationem B. a LUDWIG prae ceteris adprobat in Comment. in A. B. in l. cit. p. 533. germanice vocantur Reichs-Verweſer, Reichs-Pfleger *non nunquam etiam* Reichs-Vormünder, vid. GOLDASTI Conſtit. Lib. 1. p. 126. LIMNAEUM ad capitul. Caroli V. art. 1. p. 129. ex quibus denominationibus prior tn. uſitatior eſt.

c) vid. capitul. noviſſ. art. III. § 15.

e) illuſtr. NETTELBLADT, l. cit. cap. 3. § 36.

f) conf. V. C. *Dni* Neckers Unterricht des teutſchen Staats-Rechts, Lib. III. cap. VI. § 1.

g) vid. A. B. l. cit.

h(hiſtoriam hujus rei; & controverſias inter Electorem Palatinum, & Bavariae inde enatas vid. apud PFEFFINGERUM, Lib I. cit. II. § 5. add. LUDWIG. d. l. p. 430. MONZAMB. cap. 4. § 3. Europäiſchen Herold, P. 1. p. 161. 162. 163. & ſeqq.

Digitized by Google

§ XLVI.

Vicariis Imperii in interregno idem competit jus ad exercitium jurium majeſtaticorum imperii, quod ultimus habuit imperator, niſi quod ad ea attinet jura, quæ Imperatori ſunt perſonaliſſima; vel quatenus jura vicariorum per leges imperii in genere reſtricta; Etenim cum Vicarii Imperii exercitium jurium majeſtaticorum in interregno dirigant. (§. antec.) Et imperatoris vices ſubeant & adminiſtrent, (§. VII.) nil magis convenit rationi, quam ut iis quoque idem competat jus, quod ultimus ille habuit Imperator, in cujus vices ſuccedunt. Jam cum jus imperatoris in genere in eo conſiſtat, ut quaedam jura, quae reſervata dicuntur (§. XXXII.) ſolus exerceaat; quoad cetera vero jura majeſtatica, cum ſtatibus imperii communicata, exercitium horum dirigat (§. cit. & XVII.) hinc generaliter poteſt affirmari; quod & vicariis imperii idem competat jus, ad exercitium jurium majeſtaticorum, quod ultimus habuit imperator; in cujus vices ſucceſſerunt.

Enimvero cum jura perſonaliſſima non niſi perſonae inhaereant, ab ea in aliam nullo modo tranſeant. (§. 543. Tom. III. J. N.) Hinc jura quae imperatori ſunt perſonaliſſima, vicariis imperii competere neqeunt; Et cum jura vicariorum ultra leges imperii, & obſervantiam imperialem extendi nec poſſint, nec debeant; (id quod, per ſe clarum) patet additae limitationis ratio, & veritas.

Jura vicariorum partim in aurea bulla expreſſis verbis continentur; partim vero ex obſervantia imperiali diſcenda, & ex analogia deducenda. Jura vicariorum in A. Bulla expreſſa, ſunt *jus judicia exercendi*, ad *beneficia eccleſiaſtica praeſentandi, colligendi reditus & proventus, inveſtiendi de feudis, juramentum fidelitatis vice & nomine Sacri imperii recipiendi,* a) de quibus vide

vide diſſertt: in notis allegatas. b) Eſſe vero vicariorum poteſtatem per LL. imperii reſtrictam, ex ipſa patet A. B. quippe quae *jus in veſtiendi de feudis principum, (quae vulgo* Fahnen-Lehne) *dicuntur, eaque conferendi, vicariis ademit; prout etiam iis alienationem rerum Imperialium interdixit.* c]

De juribus vicariorum gravis eſt DD. Juris publici controverſia; d] cum alii iis non tribuunt, niſi jura in A. B. expreſſa; Alii vero & quidem rectius ſtatuunt; vicariis imperii idem competere jus, quod ultimus habuit imperator, addita tn: limitatione, niſi quatenus jura Vicariorum per leges imperii reſtricta, vel jura ſint talia, quae imperatori perſonaliſſima ſunt; qualia præſertim ſunt, quæ a dignitate Imperatoris dependent. Corroboratur enim hæc ſententia non ſolum per obſervantiam imperialem; ſed & fini atque intentioni A. B. convenientiſſima eſt; id quod pluribus, iisque validiſſimis argumentis evincere poſſem, niſi incomparabilis, & de republica tam politica, quam literaria immortaliter meritus Heros, illuſtriſſim. *Dnus* GERL. ADOLPH. a MVNCHHAVSEN hoc cum ſumma, quae deſiderari poteſt, ſoliditate, feciſſet. e)

a) A. B. tit. V.

b) V. D. WERNHER de juribus vicariorum imperii in A. B. expreſſis. ANTONIVS *de nobili curti Francini* in diſſ. de vicariis imperii cap. II. § I. SWEDER Introd. in jus publ. P. ſpec. Sect. I. cap. XXXIII. p. 740.

c) conf. A. B. l. cit. § 1. in fine: B. a LVDWIG in Comment. in A. B. ad h. l.

d) Sic ſatis nota eſt controverſia inter LIMNAEVM & SCHVZIVM, quorum ille *in additionibus ad Capit.* CAROLI V. p. 143. jura vicariorum ad caſus in A. B. expreſſos tantum reſtringit; hic vero *in diſput. Jur. publ.* Volum. II. rectius contendit, jura vicariorum latius patere, cui ſententiae & ipſe poſtea LIMNAEVS in Jur. publ. Lib. 8. cap. I. § 38. calculum ſuum quodammodo addidit. Conſentiunt mecum FRITSCHIVS in tr. *de regali nundinarum jure* p. 34. & 35. SUEVO in diſſert. *de Vicariis imperii* § 18. NERGERS in diſſert. *de vicariis R. G. Imperii theſi V.* aliique perplures, quos allegatos vid. apud PFEFFING. Lib. III. tit. VIII.

e) in elegantiſſima diſſert. *de vicariatu Italico* c. 4. § 6. & 7.

§ XLVII.

§ XLVII.

Jura, quae in ſtatu imperii ordinario ſunt comitialia, manent & talia in Interregno; Jura imperatorio-Electoralia fiunt in interregno vicario-Electoralia, & reſervata Imperatoris, tranſeunt in vicarios imperii; niſi quod ad ea attinet jura, quae imperatori ſunt perſonaliſſima, vel quatenus jura vicariorum per leges imperii reſtricta. Cum enim Imperium Rom. Germanicum iura Maieſtatica, jusque haec exercendi, ſi ſalus atque ſecuritas ita exigit, in Interregno retineat §XLIII)& Vicariis imperii idem, adeoque nec plus nec minus competat juris, ad exercitium jurium majeſtaticorum, quam quod ultimus habuit imperator [§ XLVI.] hinc jura, quae in ſtatu imperio ordinario comitialia fuerunt, maneant & talia in interregno: jura vero Imperatorio-electoralia fiant vicario-Electoralia; & reſervata Imperatoris privative tranſeant in vicarios, neceſſe eſt. (§ XXXII.) Enimvero cum jura vicariorum ultra leges imperii non extendenda; & jura imperatori perſonaliſſima unice a perſona imperatoris dependeant, (§ antec.) hinc quod ad haec attinet jura, exceptionem faciendam eſſe, diffitebitur nullus.

An etiam jus prim. precum Vicariis imperii competat, erudite & ſolide prout ſemper ſolet, ſcrutatus eſt, Vir incomparab. JCtus humaniſſ. *illuſtr.* Dnus AYRERVS, Fautor ac Promotor noſter ad cineres usque colendus *in tr. de jure primar. precum.* Cap. III. § 2. & ſeqq.

§. XLVIII.

Quoniam de jure belli J. R. G. valet, quod de juribus majeſtaticis J. R. G. in genere dictum (§ XLVII.) hinc & *jus belli J. R. G. in interregno manet, tale quale fuit in ſtatu imperii ordinario;* Cumque (quantum ego quidem ſcio) jus belli non pertineat ad ea jura, quorum intuitu poteſtas vicariorum, peculiariter p. LL. imperii reſtricta

in

in ſchol.] nec ad ea, quae imperatori ſunt perſonaliſſima, [§. XLIV.] hinc *Jura in jure belli contenta, quae in ſtatu imperii ordinario ſunt comitialia, manent & talia in interregno, jura Imperatorio-Electoralia fiunt Vicario-Electoralia, & quae imperatori reſervata, tranſeunt in Vicarios* [§. XLIV.]

Et ſic jam facilis erit adplicatio eorum, quae de jure Belli I. R. G. in capite antec. fuſius explicuiſſimus.

§. XLIX.

Bellum imperii offenſivum vicariis imperii in interregno ſua auctoritate decernere, & inchoare non licet, ſed Electorum, Principum ceterorumque imperii ſtatuum; vel ſaltem, ſi neceſſitas ita exigit & periculum in mora eſt, Electorum requiritur conſenſus. Etenim jus bellum imperii offenſivum decernendi, & inchoandi in ſtatu imperii ordinario eſt jus comitiale (§ XXXII.) vel ſaltem, ſi neceſſitas ita exigit & periculum in mora eſt, Imperatorio-Electorale (§. cit.) Manet ergo & jus hoc tale in interregno. (§. XXXVII.) Et cum jura comitialia ſint, ad quorum exercitium Imperatoris, Electorum, principum, ceterorumque imperii ſtatuum; Imperatorio-Electoralia vero, ad quorum exercitium praeter imperatoris, Electorum ſaltem conſenſus requiritur, [§. XXXII.] patet propoſitionis huius veritas.

Conſentit nobiscum SCHVZIVS; Tom. I. Diſput. J. P. aliique a *Sibuzio* citat.

§. L.

Bellum ejusmodi in interregno ſubortum a vicariis imperii, conſenſu Electorum, Principum, ceterorumque imperii

 ſtatuum,

ſtatuum, & nomine imperii eſſe declarandum, atque publicandum; ſique emittenda avocatoria, ſi commercia tam literaria, quam mercium cum hoſte prohibenda; ſingula haec vicariorum, atque ſtatuum imperii conſenſu, & nomine imperii, fieri debere, dubio caret. (§. *XXII.*)

§. LI.

Si Imperium R. G. alia quaedam gens in interregno bello aggreditur, vicariis imperii competit jus bellum imperii defenſivum inchoandi, & pro imperii defenſione quaevis adhibendi media, modo imperio nociva non ſint. Etenim jus bellum imperii defenſivum inchoandi in ſtatu imperii ordinario imperatori reſervatum, ita ut pro imperii defenſione quaevis adhibere media poſſit, modo in detrimentum imperii haud vergant. (§. XXXIII.) Quoniam autem jura, imperatori in ſtatu imperii ordinario reſervata, in interregno in vicarios imperii tranſeunt, niſi leges imperii aliud diſerte diſponant; vel jura ſint talia, quae unice perſonae imperatoris inhaerent. [§ XLVII.] Jus vero Imperium R. G. contra inſultus aliorum defendendi, ſub hac exceptione comprehenſum non ſit [§ XLVIII.] hinc ſatis patet, ſi imperium Rom. G. in interregno alia gens bello aggreditur, vicariis competere jus bellum imperii defenſivum inchoandi; & pro imperii defenſione, quaevis adhibendi media, modo imperio nociva non ſint.

Conf. PFEFFINGER In vitr. illuſtr. Lib. III. Tit. VII. ad §. 10. n. 12. ubi ſimul exſtant literae Ducis & Adj. circuli Saxoniae inferioris ad Electorem Saxoniae tanquam vicarium imperii; nec non Ducis Megapolitani ad eundem Saxoniae Electorem directae, quae illuſtrationi, hujus §phi ex ſupra ſtabilitis principiis ſponte fluentis, inſerviunt.

§. LII.

Digitized by Google

§. LII.

Exercitum imperialem in Imperio conſcribere; Duces militiae imperialis, ceterosque, qui huc ſpectant, imperii officiales eligere & conſtituere, eosque qua tales juramento obſtringere; nec non ſtipendia eorum, ceteraque omnia, quae ſtatus Imp. ad inſtruendum exercitum imperialem conferre debent, vicarii imperii in interregno, ſoli, ſuaque auctoritate determinare nequeunt; quin potius Electorum, Principum, ceterorumque imperii ſtatuum haec fieri debent conſenſu. Etenim ſingula haec jura in ſtatu Imperii ordinario ſunt jura comitialia. (§ xxvi. & xxxiii.) Manent ergo & talia in Interregno (§ xlvii.) Jam cum jura comitialia Electorum, principum, ceterorumque imperii ſtatuum conſenſu ſint exercenda [§ xxxii.] Vicarii imperii haec ſoli ſua auctoritate exercere nequeunt; ex quo patet propoſitionis veritas.

Quemadmodum vero nonnunquam factum, vt ſtatus imperii hoc aliudve jus ad jus belli pertinens, imperatori in caſu quodam ſpeciali libere permiſerint (§. 24. in ſchol.) ita nil obſtat, quominus & idem in interregno, quoad vicarios imperii, fieri poſſit.

§. LIII.

Leges militares exercitui imperiali praeſcribere; tranſitus ejusdem per territoria ſtatuum imperii dirigere; adeoque & hoſpitationes atque hiberna illius ordinare; pariter ac fortalitia, imperii nomine exſtruere; veterave collapſa reparare, eaque praeſidiis firmare, vicarii imperii in interregno ſoli nequeunt, ſed ſtatuum pariter ad hoc opus eſt conſenſu. Sunt enim ſingula haec iura in ſtatu imperii ordinario iura comitialia. (§ xxxxiv.) Et cum talia etiam maneant in interregno (§ xlvii.) petet §. huius veritas. [§ xxxii.]

§. LIV.

Vicarii imperii pro militum imperialium ſuſtentatione, & ob ceteros ſumtus, quos bella imperii exigunt, ſteuras ſive collectas, imperii ſtatibus, prout lubet, imperare nequeunt; ſed tam aerarium militare imperii, quam granaria, armamentaria ceteraque omnia, quae ſtatus imperii ad bellum imperii inſtruendum gerendumque contribuere debent, & in interregno, horum conſenſu ſunt determinanda. Etenim ius ſingula haec peragendi, ordinandique, eſt ius comitiale [§. XXXIV.] & cum tale etiam maneat in interregno (§. XXXVII.) de veritate dictorum dubitare poterit nemo [§. XXXII.].

§ LV.

Jus belli J. R. G. in interregno in comitiis imperii eſt exercendum, & quaeſtiones tam an? quam quomodo? & quanti? quoad bella imperii in comitiis imperii ſunt decidendæ. Etenim Jus belli J. R. G. in ſtatu imperii ordinario in comitiis imperii eſt exercendum (§ XXXVII.) & quaeſtiones tam an? quam quomodo & quanti? in comitiis imperii ſunt decidendae (§ cit.) Jam cum jus belli adeoque & jura in jure belli contenta maneant in interregno talia, qualia ſunt in ſtatu imperii ordinario, (prout jam evictum § XXXVII. & ſeqq.) Ea autem in imperio R. G. conſtantiſſima ſit obſervantia, ut jura imperii maieſtatica, quae ſtatuum conſenſu ſunt exercenda, in comitiis exerceantur [§ XXXVI. & XXXVII.] hinc & idem, quo minus valeat de iure belli in interregno, dubium non eſt. [§ XLV.] Jus belli J. R. G. ergo & in interregno in comitiis imperii eſt exercendum, & quaeſtiones tam an? quam quomodo? & quanti? ſunt etiam in interregno in comitiis imperii decidendae.

Comitio-

Digitized by Google

Comitiorum imperii noſtris temporibus eadem ſtete prorſus eſt ratio in interregno, quam in ſtatu imperii ordinario; niſi quod jura Imperatoris quoad comitia imperii Vicarii imperii in interregno exerceant. Etenim *vi Capitul noviſſimae* competit vicariis Imperii non ſolum jus comitia ſub auſpiciis imperatoris inchoata in interregno continuandi, ſed & nova indicendi, eaque, quæ prævia deliberatione in comitiis ſunt decidenda, proponendi. a) Fuſius & erudite de hoc argumento diſſeruit V. C. Jul. Melchior Struve. b) Liceat autem ea, quæ § præſenti ſunt dicta, ulterius & accuratius determinare, quem in finem addimus § ſubſequentem.

a) Capitul. noviſſ. art. VII

b) in eleg. diſſert. *de Jure Comitiorum in interregno.*

§ LVI.

Quæſtiones tam an? quam quomodo? & quanti? quoad bella imperii offenſiva in Interregno ſuſcipienda in comitiis imperii univerſalibus; vel ſaltem ſi periculum in mora, prior quaeſtio in comitiis Vicario-Electoralibus, ſunt decidendae. Quoad bella imperii defenſiva autem vicarii imperii gaudent quidem jure, & privative decidendi quaeſtionem an? non vero quaeſtiones quomodo? & quanti? Etenim quaeſtiones tam an? quam quomodo? & quanti? quoad bella imperii offenſiva, in ſtatu imperii ordinario, in comitiis imperii univerſalibus, vel ſaltem, ſi periculum in mora eſt, quaeſtio an? in comitiis Imperatorio Electoralibus, decidendae ſunt. [§ xxxviii.] Et quod attinet ad bella imperii defenſiva gaudet quidem imperator jure, etiam privative decidendi quaeſtionem an? non vero quaeſtiones quomodo? & quanti? [§ cit.] Jam cum Jus belli J. R. G. & in interregno in comitiis imperii ſit exercendum, [§ antec] horumque comitiorum in interregno,

 eadem

Digitized by Google

eadem ſit ratio, ac in ſtatu imperii ordinario, niſi quod iura imperatoris vicarii imperii exerceant (p. *Schol.* cit.) hinc patet §*phi* huius veritas.

Et ſic iterum in hac §pho jura Vicariorum, Electorum, Principum, ceterorumque imperii ſtatuum, quoad bella imperii in interregno ſuborta, velut concentrata exhibuimus.

§. LVII.

Quae in deliberationibus ſuper quaeſtionibus tam an? quam quomodo? & quanti? quoad bella imperii in comitiis imperii, in Interregno ſuſcipienda, conſideranda imprimis ſint, docet § xxxix. Cap. II. cujus verba hic jam repetere nolo.

Praeſertim autem in deliberationibus ſuper quaeſtione an? omni mentis acie & attentione trutinandum; utrum ejusmodi bellum in Interregno, Imperio conducat, an non conſultius ſit, ad Electionem novi Imperatoris properare? Sed plura jam addere nolo.

Interim DEO TER OPTIMO MAXIMO devotiſſima mente humillimas, quas poſſum, ago gratias, pro clementiſſime conceſſis viribus, quas diſſertatiunculae huic impendi. Faxit NVMEN optimum, ut aliquando meliora proferre poſſim.

A TE autem, Lector benevole, peto, ut, ſi acumen ſi eruditionem, & ſoliditatem in praeſenti hac mea deſiderari paſſus ſum diſſert. nimiae feſtinationi, quacum eandem conſcribere, neceſſitatus fui, hoc tribuas; omniaque in meliorem trahas partem: & cogites illud: One can not pleaſe every one.

SOLI DEO GLORIA.

Digitized by Google

ERRATA.

Pag. 2. lin. 10. l. gentium. lin. 17. in del. p. 8. lin. 5. l. belligerans. p. 12. lin. 2. l. competit. p. 14. lin. 4. l. pertractatione lin. 8. l. inſtituto lin. penult. la p. 16. lin. 31. l. inauguralem. lin. 33. l. circa lin. 34. auxiliaribus. p. 18 lin. 23. l. Reichs-Stände. lin. penult. l. extruenda. p. 20. lin. 23. l. pluribus. p. 20. lin. l. STATV. p. 24. lin. 1. de Jure Belli I. K. G. p. 37. lin. 14. l. ſpectant. p. 38. lin. 20. l. puncto. p. 39. lin. 22. l. gregariorum p. 40. l. 18. Stände lin. 25. l. dabit. p. 42. lin. 28. extruere lin. ult. inſtrument: p. 44. lin. antepenult. nequeat. p. 46. lin. 1. l. ſtatuum. lin. 20. l. privative. p. 48. lin. 30. Gunderrode. p 50. lin. 6. l. repraeſentatitiis lin. 18. l. ſuppeditabunt. p, 58. lin. l. leg. quaeſtionem lin. 2. l. electione. p. 61. lin. 27. l. Vormünder. p. 62. lin. 12. l. exerceat. p. 63. lin. 29. l. expreſſe.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA

Digitized by Google